



T. N.



1595

Polanus

—
Episcopus
confessorii
ac
misericordis

Bernardus.
is. **lib. 2. de obedientia, gustus**
amor, **oblectus spūs, & tactus patientia.**

lib. 2. de obedientia, gustus
amor, **oblectus spūs, & tactus patientia.**

Isidorus.
Melius est orare corde sine sono uo-
cis, quam docere sine intuitu mentis.

B. Bern. serm. 21 super Cantica.
Cesset voluntas propria & infernus
non erit, in quem enim desecuit ignis,
nisi in propriam voluntatem. Nam
propria voluntas deum impugnat, ad-
uersus eum extollit. Ipsa est
qua a barabae sum spoliat, infernum
in eum expulsiat &
in mundum subiugat.

Isidorus.
In est atrocior poena, quam remota
a conscientia.

lib. 2. de obedientia, gustus
amor, **oblectus spūs, & tactus patientia.**
Domnus protector uite mee: a
quo trepidabo.

Bernardus. Mundus inexorabi-
lem constituit sibi ianitorum, qui
nil sinit dehortare.

Hugo in lib. de bono conscientie.
Conscientia bona est titulus religi-
onis, templum Salomonis, ager bene-
dictionis, hortus deliciarum, gaudi-
um angelorum, Thesaurus legis, ar-
cadeis, aula d'ed, habitaculum spi-
ritus sancti. **B. Aug.**
achryme sunt doloris & poenitentiae
testes.



MS 89.675

BIBLIOTECA DE LA CASA

M 17-I-Pol-1

VERUELA



BREVE
DIRECTORIVM
AD CONFESSARIUM AC
CONFITENTIS MVNVS

RECTE OBEVNDVM
M. Ioanne Polanco, Theologo
Societatis IHSV,
auctore.

ACCESSIT

*De frequenti usu Sacramenti sanctiss. Euchari-
stie, Auctore D. Christophoro Madridio
Doctore Theologo Societatis IHSV.*

LEODII

Apud Henricum Honium

MDXCI.
CVM PRIVILEGIO.





AD LECTOREM. 3

Inter cetera pietatis officia, in quibus Societas Iesu pro data sibi a diuina liberalitate gratia mensura, versari solet, illud sane audiendarum confessionum, quod ad iuuandum hominum salutem imprimis est necessarium, frequentissime obire consuevit. Cum igitur visum esset expedire, ut presbyteri huius Societatis diuersissimis orbis regionibus disuncti, una, eandemq; rationem in hoc ministerio gerendo sequerentur, quemadmodum vno atq; eodem spiritu ad promouendam hominum salutem ducuntur, datum fuit mihi negotium a R. P. nostro Preposito, ut quam aptissimo ordine possem, in compendium eareddigi curarem, quæ partim lectione, partim obseruatione, crebrisque tum ætatis, tum aliorum experimentis v-

Munus Societatis Iesu frequentissimū.

Ratio huius libri componendi.

AD LECTOREM

ulla esse & confessariis & confitentibus comperissem. Nec vero quisquam existimet, id nobis fuisse propositum, ut summam casuum conscientie confiteremur, quin potius ad huiusmodi doctrinam ex aliis Doctoribus petendam hortamur: Sed id agebamus hoc breui compendio, ut circa modum in confessionibus procedendi esset Sacerdotibus nostre Societatis una proposita regula, ad quam precipue, qua ad hanc functionem pertinent, dirigeremus: seruantes eam unionem in illa exequenda, quam omnibus in rebus tenere, propter Christi obsequium, ante omnia experimus. Verum cum plurimis exemplaribus egeremus, quam manu exarari vix etiam longissimo tempore potuissent, statueramus Typographorum opera uti, & omnia qua excuderentur volumina recipere, ut ea inter nostros dumtaxat distribuere-

PRAEFATIO.

3
 tribueremus: ac ita quidem fecissemus, nisi Reuerendissimus Archintus summi Pontificis in alma Vrbe Vicarius (qui una cum Magistro Satripalatii, de libris qui Romae imprimuntur, censuram ferre solet) nos, cum hunc tractatum vidit, ad euulgandum illum, & cum aliis etiam extra Societatem communicandum fuisset hortatus. Qui sperare se aiebat, multos, & confessarios & confitentes fructum non mediocre ex illo esse capturos. Nos vero, qui labores omnes nostros, ac nos ipsos publice animarum utilitati, ad Dei gloriam, consecrauimus, ut aspernari non debuimus iudicium huius sapientissimi Praesulis, ita hac in parte eius sancto desiderio repugnare nullo modo ausi sumus. Quare permisimus, ut libellus hic in lucem prodiret. Precamur autem in exhaustam Dei misericor-



AD LECTOREM.

diam, ut tam confessarios ipsos, quam
penitentes, per penitentiam veram a
peccatis purgatos, ad felicissimum il-
lud regnum, in quo nihil intrat
coquinatum perdu-
cere dignetur.

Amen.

PRÆ-



7
PRÆFATIO DE
SUBSTANTIA, FINE
ET EFFICIENTI CAUSA
Sacramenti Pœ-
nitentiæ.

Pœnitentiæ, & Virtus est, & Pœnitenti-
Sacramentum, iuxta doctorū tiam dupli-
sententiam: Virtus quidem citer ac-
cipitur.
est, qua dolemus, ut oportet, Pœnitenti-
de peccatis præteritis, cum proposito ea in tiam, ut
futurum evitandi: quod breuiter Ambrosi- virtus
us, Pœnitentiæ est præterita mala plange- est, defi-
re, & plangenda iterum non committere. nitio.
Ut autem est Pœnitentiæ Sacramentum, Pœnitenti-
id est, ex Augustino, & sancto Thoma, sa- tiæ, ut est
cræ rei signum, puta remissionis peccato- Sacramē-
rum, duplices actus includit, nimirum, pec- tum de-
catoris cor recessisse a peccato ostendentes, finitio.

Sacramē-
ti peni-
tentiæ ma-
teria.

Sed rem magis explicando ex Concilio
Florentino (cui consonat Tridentinum &
Doctores) huius Sacramēti quasi materia,

PRÆFATIO.

sunt Actus pœnitentis, qui in tres distinguuntur partes.

Prima est cordis contritio, qua pœnitens deestatur, & dolet de peccatis commissis, cum proposito amplius non peccandi.

Cōfessio Secunda est oris confessio, qua omnia peccata, quorum memoriam habet, Sacerdoti suo integre confitetur.

Satisfactio. Tertia est operis satisfactio, qua pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis satisficit, quæ quidem præcipue fit per ieiuniū, orationem & elemosynam.

Pœnitentiæ forma. Formæ huius Sacramenti sunt verba absolutionis, quæ Sacerdos profert, cum dicit: Ego te absoluo; omnia autem alia sunt ad sollemnitatem, quæ tamen non sunt prætermittenda.

Finis. Finis vero, res, & effectus huius Sacramenti, quantum ad eius vim, & institutionem spectat, est absolui a peccatis, & reconciliati Deo, in eius gratiam redeundo; unde sequitur liberatio a pœnis Inferni, & in iis qui deuote confitentur, pax & serenitas conscientiæ, cum magna spiritus consolatione, & augmento donorum Dei.

Efficiens Causa efficiens, & primaria huius Sacramenti licet Deus sit, Christi meritiū inueniens,

tamen

PRÆFATIO.

tamen vt secundaria & instrumentalis, est minister huius Sacramenti, qui Sacerdos esse debet, habens auctoritatem absoluedi ordinariam, vel ex delegatione superioris: & de hoc ministro dirigendo sermo nobis in præsentiarum futurus est. Sed vt in artificialibus, artificis esse solet, & quæ ad suam personam spectant curare, & artis materiam disponere, & in eandem dispositam formam inducere, & ad finem animo positum totum opus aptare: sic huius Sacramenti ministro (qui confessarius est) vt suo perfungatur officio, quatuor erunt curanda. Primum pertinet ad ipsius personam, vt apta sit ad hoc munus obeundum. Secundum ad Sacramenti materiam; scilicet actus cōfidentis, vt is confessario adiutus, circa contritionem, confessionem & satisfactionem, suum officium faciat: Tertium ad formam huius Sacramenti, vt recte, atque ordine absolui impendatur: Quartum ad finem, vt scilicet Pœnitens non solum per peccatorum veniam Deo reconcilietur, verum etiam emendationem vitæ, pacem, & consolationem spirituales referat, & ad gratiæ profectum se disponat. Et de his quatuor totidem capitibus agendum erit.

Confessario
quæ curanda

Actus
Pœnitentiæ

Forma

Finis



DIRECTORIUM
DE CONFESSARIIS
CVRA CIRCA PERSO-

NAM SVAM, AC PRIMO
de Scientia:

CAPVT PRIMVM.

Quinq;
confessa-
rio neces-
saria.



Uod ad confessarii personam
atrinet, vt recte & secure suo
fungatur officio, quinque (vt fe-
re omnes consentiunt) ei neces-
saria sunt, scilicet, scientia, potestas, bonitas,
prudentia, secretum. Ex quibus tamen qua-
dam ad ipsam Sacramenti huius admini-
strationem sunt necessaria, quaedam vin-
culpate ab ipso confessario administratur:
quaedam vt decore, & cum fructu magno
animarum.

Primo,
scientia.

Ac primo quidem loco, scientia neces-
saria est eatenus, vt à non peccatis, peccata, &
mortalia in communi vel ex genere, à ve-
nialibus discernat. Ex genere sunt morta-
lia, quae contra charitatem Dei & proximi
admittuntur: quod intelligitur videndo, an
sint contra praecipua Dei vel Ecclesiae, con-
tra votum, vel conscientiam, quod accidit

iis,

Peccata
mortalia
ex gene-
re, quae.

CONFESS. 11

iis, qui id quod reputant mortale (forte non
vere) nihilominus faciunt. Sciat etiam o-
portet generaliter, quae mala esse satis appa-
ret: vt septem peccata capitalia, & species
eorum, quae statim annexum malum osten-
dunt ex seipsis. Caueat autem facile pronun-
tiare, aliquid esse mortale, quod certo ne-
sciat: in dubiis, inclinet potius ad securiorem
partem, in difficilioribus nouerit dubitare
vt quod per se non potest, alios consulendo
resoluat. Interim si res fuerit talis, vt nisi de
ea confiteretur, dari nequeat absolutio, diffe-
renda erit decenter, ad monito, vt redeat, po-
nitente.

Debet etiam scire circumstantias pecca-
torum, praecipue eas, quae mutant speciem
actus, & ex quibus potest reddi peccatum
mortale: vt si tenetur poenitens ad restitu-
tionem, si vult perseverare in peccato, si in-
cidit in casus reservatos, si est in excom-
municatione. Et praecipue eas excommuni-
cationes scire debet, à quibus ipse non po-
test absolueri. De aliis vinculis suspensionis
& interdicti, & de nota irregularitatis, licet
non sit perinde necessaria, aliquatenus cer-
te curanda est cognitio: sciat etiam in qui-
bus casibus sit iteranda confessio.

Peccato-
rum cir-
cumstan-
tia.



DIRECTORIUM

Primo, scilicet, cum in poenitente deficit propositum abstinendi a peccato.

Secundo, cum ex intentione aliquid peccatum omisum est in confessione.

Tertio, cum confessarium non habuisse potestatem absolvendi constat, quod accideret, si non esse sacerdotem vel non habuisse iurisdictionem, vel certe non eius vsum propter excommunicationem publicatam, vel suspensionem constaret. Quarto, cum constat mentis compotem non fuisse confessarium, vel noluisse absolvere. Quinto, si omnino ignorans fuit sacerdos, adeo ut qua forma ad absolvendum uti deberet, nesciret, vel sermonem poenitentis non intellexit. Sexto, si poenitens impedimentum habuit, ut excommunicationis. Multi addunt Septimum, id est ob poenitentiam ex contemptu, vel nimia negligentia omisam, cuius poenitens oblitus est: Propter hoc tamen in ultimum iterare potius securitatis, quam necessitatis est.

Scire etiam tenetur, quousque se extendat potestas ei concessa, qui autem non ex obedientia, sed ex sua voluntate se offert ad audiendas confessiones, ubi alii praesertim idonei

Propter poenitentiam omisam, confessio non iteranda.

CONFESS.

idonei non desunt, instructor scientia esse debet.

Qui autem dubitat, an sit idoneus, si ei imponitur a superiore, intrepide obediat.

De Potestate Confessarii.

Præter scientiam, Confessario necessaria est triplex potestas: prima ordinis, ut sit sacerdos: Secunda iurisdictionis, ordinaria vel delegata, ut scilicet facultas ab eo qui potest, ei concedatur. Qui enim a referuatis sibi peccatis absolueret, scienter, vel ignorantia iuris crassa, graviter peccaret, & cui hoc accideret, deberet obtemperare facultate absolvendi, & vocato poenitente, (si fieri commode posset) quasi volens de aliis interrogare, & certior fieri, cum eiusdem consentu, vel eodem ad confessionem inducto eum iterum absolvere: si non potest cum eo loqui, vel sine scandalo monere, Christo committat Religiosus, qui ab excommunicatione a iure, vel quicumque ab excommunicatione in Bulla cœnæ reservata, sine potestate absolvere præsumeret, excommunicationem incurreret. In articulo tamen mortis naturalis vel illatæ, ut in his, qui morti adiudicati sunt, de omnib.

Potestas ordinis. Potestas iurisdictionis.

Religiosus absolvens ab excommunicatione reservata, quæ penam incurrit.

14 DIRECTORIVM

In mor-
eis arti-
culo qui
vis Sacer-
dos potest
est ab-
soluere.
Potestas
quoad
vsum.
Bonitas
Confes-
sarii.

excommunicationibus, & peccatis potest
quiuvis Sacerdos absoluere. Tertia potestas
est quo ad vsum, ne scilicet sit excommu-
nicatus, suspensus, vel irregularis. De excō-
municacione autem, suspensione & irregu-
laritate ac etiam interdicto alibi plura.

De bonitate confessorii.

EST etiam necessaria Confessario bo-
nitas. Qui enim in peccato mortali au-
diret confessiones, mortaliter peccaret. Vi-
ce versa quo ipse melior, & in omnibus vir-
tutibus, præcipue in charitate fraterna, &
zelo animarum eminentior fuerit, eo aptius
erit instrumentum diuinæ bonitatis, vt per
ipsam dignetur poenitenti plenius gratiæ ac
virtutum incrementum præstare. Ad bo-
nitatem pertinent, vt sit compositus exterius
& interius qui confessiones audit: exterius
quidem, vt nihil videatur in vultu & ge-
stibus, vel moribus corporis, vel etiam in ve-
stitu, nec in voce audiatur quod non deceat
vitum maturum, & qui meminit se locum
Dei tenere. Interius vero, vt considerando
cuius vices gerat, tamquam in eius oculis
cum reuerentia & timore sancto hoc offi-
cium peragat, & humiliter de se sentiens,

Confes-
sarius sit
compo-
situs.

Exterius

Interius

CONFESS.

in corde suo confitentes sibi præferat, ac se
meliores existimet.

De prudentia Confessorii.

PRætere prudentem esse oportet, tum
erga poenitentem, in eius vulneribus
medici more perstruendis, ac medicina
adhibenda (de quo inferius) tum erga seipsum,
caute agendo in iis interrogandis, quæ pos-
sent in tentationem adducere incautos: ver-
bis etiam honestis vtatur, & vti deceat: Sa-
tis enim est intelligi, id quod dicitur. Quod
sitinet ad adspectum, excludendus est virin-
que, vt nec qui confitetur faciem confessa-
rii, nec confessorius videat confitentis, præ-
cipue si mulieres sunt: imo ad latus sunt cō-
stituenti, & si nihil fuerit intermedium quod
aspectum prohibeat, aurem eiusdem præ-
bendo, certe manu ab eodem latere ma-
xillæ apposta, faciei aspectus excludi pote-
rit. Mulieres vero non nisi in publico audi-
te, & breuiter quantum fieri potest, & res-
patitur, eas expedite conuenit. Frequenter
confitentibus certum tempus constitui de-
bet, extra quod non audiantur: & cum eis-
dem potius seueri quam blandi sint confes-
sarii, nec longis prædicationibus vtantur:

Confessa-
rii pru-
dentia.

Alpo-
tus Cō-
fessarii
& poeni-
tentis vi-
tandus.

Mulie-
res in pu-
blico, &
cito ex-
pediēda
Quid cū
frequent-
ter confi-
tentibus.



DIRECTORIUM

& quamvis est prudētia resolutionem eorū, de quibus dubitat confessorius, differre, donec rem melius expenderit, tamē eos, qui parati sunt facere quod debent, interdū potest absolvere. Si casus occurreret, de quo constat, quod variē sentiunt doctores iudicantes, alii scilicet, quod sit peccatū mortale, alii contra, & pœnitens adhaeret alicuius eorū opinioni periculosiori, tutior quidem via ei suadenda, & periculi terror incutiendus est: sed tamen non potest ei negari absolutio, ab eo qui ordinarius est: qui tamen non est ordinarius, si sentit esse mortale, sequi potest suum iudicium, & nō absolvere: videat ergo quid expediat. Quod si non innitatur rationi validæ, nec claro auctori pœnitens, & dubium sit an peccatum hoc sit vel illud, omnino debet abstinere velle. Si non de peccato agitur, sed an hoc faciendum nece, puta pœna subeunda, vel restitutio facienda, &c. benignior in dubiis pars eligenda, iuxta illud cap. de transi. In his super quibus ius non invenitur expressum, procedas aequitate servata, semper in humaniorem partem declinando, secundum quod personas, loca, & tempora videtis postulare. Est etiam prudentiæ, cum

casus occurrerit, de quo variē sentiunt Doctores.

omnes

CONFESS. 17

omnes audire nequeat, eos libētius & prius audire, qui magis indigent, ut sunt qui rari, us confitentur, & quorum spiritualis professor redundat ad maiorem Dei gloriam, & commune bonum.

Qui nam libētius, & prius confessorius audiendi.

De secreto vel sigillo Confessorii.

Demum confessorius debet esse secretus, ut nullo præcepto, etiam summæ Pontificis, manifestet, quæ in confessione audiuit; & potest dicere, & iurare se nescire: quia nescit ut homini subiectus, licet magnum aliquod malum immineat non revelando: cui tamen malo providere par est, quo ad eius fieri potest, non prodendo confidentem vilo modo, nec odiosam faciendō confessionem. De licentia tamen confidentis, & citra scandalum, possunt reuelare audita: sed non debent, nisi prodesse possint. Qui interrogatus an absoluerit aliquem, dicit se non absoluisse, quia ex multis causis hoc potuit accidere. non est quidem ille semper damnandus ut reuelator, sed malè diceret: potius dictum oportuit, se fecisse quod debuit, in dō si ex consultatio- ne confessorii, vel etiam peccati proprii confessione, posset innoscere peccatum

Confessionis sigillum quæ arctè servandam.

Nota.

Quid respondendum confessorio.

B

Universidad de De

si inter-rogatur an abfoluerit. N. Eadē huiusmodi manente, qua prius, excipiedus pœnitens, alicuius in confessione auditum (quod raro admodum posset accedere) potius differri debet: fortior enim est tunc obligatio sigilli, quam confessionis faciendæ. Caueat etiam ne propter vllum peccati genus, minus benignam faciem, quam prius, ostendat pœnitenti. Et hæc de persona confessorii dicta sint.

DE CVRA VEL INDVSTRIA CONFESSARII, circa actus pœnitentis.

CAPVT II.

Pœnitens quomodo iuuandus.

SECVNDA Confessarii cura esse debet, circa pœnitentem iuuandum ad actus suos, scilicet contritionis, confessionis & satisfactionis recte peragendos. His autem qui rarius & non bene consentitur, Confessarii charitas, industria, & diligentia est magis necessaria. Vt quo ad eius fieri possit, pœnitentium defectus supplendo eos ad huius Sacramenti finem consequendum disponat. Quia vero cum huiusmodi, hæc cura secundum Confessarii, de qua agimus, magis exercetur,

æetur, his accommodato sermone, de ea plenius agetur.

De his que præponuntur Confessioni.

Primum, Sacerdoti paranti se ad audiendas confessiones, renouandum est desiderium salutis animarum, & diuini honoris, per orationem: qua (licet breuiter) peter à Deo gratiam pœnitentibus, vt ad ipsum verè per confessionem redeant, ac Sacramenti finem consequantur, & sibi, vt suo munere recte fungatur: & ne confessorii negligentia, impediat vim & efficaciam sanguinis Christi, & diuinæ liberalitatis influxum in pœnitentes, quin potius vt suppleat summa bonitas ipsius & potentia, vllis instrumenti defectus. In ipso etiam confessionis decursu, exerceri modo eodem charitas potest, & pœnitens semper vt imago Dei, reparata Christi sanguine, & eo per fusa, oculis mentis obiciatur.

Ante confessionem per orationem disponat se sacerdos

Quid in ipso confessionis decursu

Suscipere pœnitente (quem subditum sibi confessarius cognoscat oportet) curandum est, vt decenter se habeat, viroque genu flexo & capite nudo (si potest) facie vero non ad sacerdotem, vt dictum est, sed ad latus versa, nisi sua sponte non faceret, blan-

Pœnitens decenter coram confessario se habeat.



DIRECTORIUM

de monendus esset, vt meminerit, se non coram homine peccatore: sed coram Deo altissimo constitutum esse, vt agnoscendo offensas humiliter veniam postulet: Proinde iuxta sanctam confitentium consuetudinem genua flectat, & caput aperiat. Doceat præterea (si tam rudis est penitens, vt id per se facere nesciat) signo crucis se munire. In nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti, & confessionem generalem, vsque ad illa verba: Mea maxima culpa, simul cum eo dicat.

Penitentis statum & conditionem exploret confessarius. Si nescit statum confitentis, & conditionem & officium, petat breuiter, vt conuenienter ex propriis cum eo procedat: refert enim intelligere si coniugatus, si in sacris, si beneficium ecclesiasticum habens, si literatus, & huiusmodi.

Secundo. Petat de tempore, à quo non est confessus, nec communicauit. Ad quod omnes qui attingunt discretionis ætatem & eam sufficienter videntur consecuti, tenentur, centè semel in anno, & quidem circa festum Resurrectionis, quod ad communionem attinet.

Tertio. Interroget (si hominem in hac parte non nouit) an fecerit poenitentiam iniunctam, &

CONFESS. 21

& an conscientie suæ satisfecerit, omnia dicendo quæ moriæ occurrerunt peccata, in præteritis confessionibus: vt videatur, an iteranda sit confessio: quod si videtur iteranda, hortetur eum, vt se pater, & tempus sumat ad omnia confitenda: vel si de morte timeatur, aut non appareat facturus, si inde recesserit: hortetur, vt tunc dicat omnia, etiam quæ in aliis confessionibus dixit (postquam omisit aliquid scienter) quantum recordari poterit, quia illæ omnes inutilis fuerunt.

rit poenitentiam iniunctam.

Petat an discusserit conscientiam suam ad hanc confessionem instituendam: si dicat se non discussisse, & verisimile sit quod post redibit paratior, dimitendus esset, vt se discutiatur, præfixo tempore quo redeat. Si mors vel phrenesis immineret, vel non sit verisimile quod redibit semel dimissus, vel si dicat aliquo modo se discussisse suam conscientiam (præsertim si sit valde rudis) monendus est vt in posterum diligentius se præparet, & vt quod recordatur, sincerè dicat cum omni ea humilitate & displicentia peccatorum, qua potest, vt qui ab offensa Maiestatis Dei, veniam per confessionem sit impetraturus, & supplere nitatur confes-

Quarto. an conscientiam discussisset.



DIRECTORIUM

fatis suis interrogationibus defectum plenae discussionis.

Petatur an incurrerit excommunicationem, & ab ea si incurrit, absoluat, siquidem potest: vel si non potest, remittat ad superiorem, vel ipse obtinere ab eo facultatem absolvendi curet. Praestat tamen si remittendus est, de aliis, quae reservata esse possunt, prius interrogare, ut simul ad omnia facultas obtineatur: si etiam (si tempus abunde non suppetat) interrogari in initio expedit poenitentem de his, quae impediunt ne possit absolvi: ut, an sit in aliquo peccato quod non sit paratus relinquere, qualis est usura, concubinatus, odia, vel alia huiusmodi: & de clericis, an habeant incompatibilia, & cum qua conscientia & titulo, & quando non habent tonsuram, & habitum tolerabilem, dimittendi sunt, donec ferant, nisi excusationem habeant legitimam, quae raro admodum haberi solet. Et haec commode praerogantur, quia si adhibita persuasione parati non sunt a peccato recedere, tempus conteritur cum his, quod cum aliis vtilius expendetur: si tamen occupationes non vrgerent, pium esset hos audire, si forte miseretur Deus, eorum commutando

Quid, si poenitens non sit paratus.

CONFESS.

tando in confessionis decursu. Licet tamen dimittantur, non progrediendo in confessione, consilio bono iuvandi sunt, ut per bona opera se disponat ad gratiam accipiendam, & peccata euitent, &c. His ergo praemissis ut oportere iudicabit, Confessarius dicat poenitenti, ut quae cogitavit, & in memoria habet dicat, & quamvis ille malit interrogari, nihilominus exhortandus est, ut dicat potius quod meminit: iuvat enim id, licet inordinate & imperfecte faciat.

De interrogatione qua suppletur discussio insufficientis poenitentis.

Quam diu dixerit quisque quod meminit, cum attente audire oportet, & sine interruptione, nisi forte videretur monendus obiter (si erraret in eo) ne nominet personam aliquam, vel ne dicat superflua, & ad rem non pertinentia, vel quid huiusmodi, quod non impediatur sum confitentis, sed potius dirigat. Postquam vero dixit, quod per se dicere potuit, si non videtur omnia quae necessario dicta oportuit, dixisse, tenetur interrogare confessarius.

Proposita ergo benigne spe misericordiae, curet sacerdos poenitentem animare,

Poenitens dum dicit, non interrumpendus. Poenitens animandus.



DIRECTORIUM

verè, integrè, ac libere respondeat ad interrogata (quod cum pueris & mulieribus magis est necessarium) ne quid propter verecundiam taceant, sed nec dicant amplius quam sciunt: imò certa pro certis, dubia pro dubiis, prout ipsi meminerunt dicant.

Interrogandus pœnitens sed prudenter.

Ordinatio procedendum si vacat.

Duo in interrogando caueda. Primum

Tunc demum discurrat interrogando per præcepta, &c. (prout in interrogatorio patebit) & quidem diligenter, & prudenter ubi opus est: ut quæ peccator ignorat vel præverecundia, vel negligentia tacet, eliciat. Et ordinatè procedere expedit, cum vacat pœnitenti: alicui si mors, vel phrenesis (ut dictum est) vel linguæ impedimentum timeatur, summus ordo est, nò servare ordinem alium, quam quem discretio dictaverit: sed fere graviora, & quibus pœnitens videtur magis indigere, prius interrogari convenit. Et quamvis de circumstantiis mutantibus speciem peccati, vel multum aggravantibus, quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando, interrogare oporteat, duo tamen in omnibus peccatis, præcipuè in venereis sunt caueda: alterum, ne ita explicitè interroget, quæ communiter non sunt nota, ut doceat pœnitentem, quæ nescit: ideo à longè procedere oportet, & gradatim

CONFESS.

gradatim à communioribus descendere: quæ si non agnoscit pœnitens, non est, quod de speciebus interroget, ut qui de contractu aliquo inhonesto interrogatus negat, non de hoc, & illo modo, vel specie contractus debet interrogari: alterum est, ne confessor parum sobriè inuestigans circumstantias non necessarias (tales sunt quæ non mutant speciem peccati, vel in infinitum aggravant) sibi, & pœnitenti, tentationem excuset. Habita ergo specie peccati in talibus progredi non expedit ad alias circumstantias, dicant ipsi si volunt.

De numero peccatorum oportet quidem interrogare, sed videndum, ne subtiliter computando fastidium generetur pœnitenti: satis enim est, ut plus minus secundum existimationem suam dicat quisque, quoties peccavit.

Plus & minus, & alio atque alio modo interrogare oportet pro qualitate personæ, & quemque de his, quæ magis propria sunt ei, animadverso statu, & officio, & iis, quæ ex dictis ab ipso elici possunt. Et quamvis non debet esse molestus, cum aliqua dicta sunt, in eisdem interrogandis: si tamen quid non bene expressum, magis declarari oportet.

Peccatorum numerus exigendus, & quomodo.

Interrogatione, personarum ratio habenda.

Universidad de ¹⁶18



Poenitens
quomodo
do iuuanda.
us.

DIRECTORIUM

teret, interroget, sed ita vt intelligat poenitens non idipsum quod dixit, sed aliquid aliud peti quod non dixit.

Vt magis innolescat, & melius iuuari possit poenitentis conscientia, interrogare etiam oportet, num praeueniat tentationes, aditum eis praebendo, an resistat: tum de bonis inspirationibus, num excludat, an eis obediat, & etiam bona (sicuti & mala) expedit intelligi à Confessario, vt ad ea conseruanda, & augenda iuuet.

Demum interrogentur, an aliquid aliud habeant, quod grauet conscientiam, &c. Et vt addant in fine clausulam generalem, id est, De cunctis aliis vitiis & peccatis, &c. dico meam culpam, & precor, &c. vsque ad finem confessionis generalis.

De poenitente inuando ad Contritionem habendam.

Peccata dum confitentur poenitens non exaggeranda.

DVm aliquis per se dicit peccata, vel interrogatus, (praesertim si huiusmodi est, vt propter verecundiam vel timorem aliquid possit reticere) non debent aggravari peccata, nec reprehensionibus deterrendus est poenitens, sed potius compassione & benignitate ostensa, animandus, vt cum fide.

CONFESS.

fiducia omnia & sincere dicat. At, dictis iam omnibus peccatis, si parum de eis dolere videtur, det operam Sacerdos, vt peccator eorum grauitatem sentiat, in genere ostendendo, quam graue sit peccatum mortale, ex Dei iudiciis in Luciferum & primos parentes ob vnum peccatum: & ex punitione debita cuiuslibet peccato mortali, quo perditur gratia Dei, & regnum aeternae beatitudinis quo filii Dei efficiuntur serui daemonis, & ad nunquam finiendos inferni cruciatus damnantur, si in eo, sine poenitentia decedant. Ostendatur etiam vlnetis grauitas, ex remedii difficultate: quia ex sanguine Christi filii Dei, & tormentis, & demum ex morte acerbissima, medicina ad id sanandum confici debuit. Si qui ad amorem sunt faciliores, ex hoc vltimo, & beneficiis, & bonitate Dei, & sua ingratitude magis compungi poterunt. Deinde descendendo ad aliqua grauiora, ex his quae dicta sunt, & ad ea, ad quae magis videntur poenitentes propensi, exaggeranda & aggravanda sunt, vt magis ea detestentur: terrorem etiam vindictae Dei, nisi abstineant, incutere aliquando conuenit. Moneantur certe quod dolor de peccatis mortalibus,

Peccatorum grauitas confitentibus quando & quomodo ostendenda.



DIRECTORIUM

super omnes dolores internos esse debet, & ut doleant quod non habent veram illam contritionem, quam deberent.

Reprehensio etiam cum ingeniis aggressionibus durior, ne contemnant, est adhibenda. Sapientiores & in dignitate eminentiores, blande & cum dexteritate sunt reprehendendi.

Quinam ducere, vel leniter tractandi.

Quantum autem sit opus his vii, discretio, & precipue vocatio superna docebit, sed utrunque curet confessarius ex zelo glorie Dei, & salutis animarum, partem bonam poenitentiae ferre, ut sentiens qui confitetur quam ei aliena peccata ex charitatis effectu doleant, etiam ipse de propriis doleat.

Demum petat (nisi satis apparet) an doleat de omnibus, & propositum habeat vitam omnem emendandi, & abstinendi ab omnibus peccatis pro virili, & satisfaciendi pro commissis, ut oportet: si ostendit se non paratum ad relinquendum statum peccati, ut concubinam seu artem illicitam, vel ad satisfaciendum, ut in usuris, & aliis, quae restitutionem exigunt, diligenter quidem conetur animam proximi sui lucrifacere persuadendo: sed si omnino non possit, ne absoluat, sed hortetur (ut dictum est superius)

Poenitens quando non absolvens.

CONFESS.

rius) ad bona agenda, & mala vitanda: & quicquid potest ei prodesse, ut disponat se ad gratiam Dei, & declaret quanto periculo sit, & quod non est absolutus.

Eos, qui propositum habent relinquendi peccata, consolari oportet; proposita spe veniae, & quod Dei misericordia, & Christi sanguis effusus supplebunt defectum discussionis & contritionis, & si quae alia accidunt in confessione, dummodo sincere & integre dixerit, quicquid in memoria habuit: Qui autem essent deiectionis nimis sensu peccatorum, vel scrupulis obnoxii, diligentius erigendi exemplis divinae pietatis, & animandi, & pacificandi sunt: & si opus est, recipiat ad se confessarius quod Deo respondebit pro ipsis: & peccata interdum extenuare (quantum licet) cum huiusmodi necesse est.

Vere poenitentes consolandi.

Qui scrupulis vexantur, erigendi.

Quomodo in satisfactione poenitens inuenitur.

His transactis, si qua restitutione damni rei, vel famae, vel bonorum animae opus est, significetur poenitenti licet tamen dicat se velle restituere, vel facere quod debet, si probabiliter timeat confessarius non

Quid est restitutio facienda.



Biblioteca
Iuramentum non exigendum, nisi &c.
Poenitentia ante absolutionem iniungenda.

DIRECTORIUM

expleturum, insinuate potest, quod commutationes vel compositiones, prodesse possunt, & quamvis simpliciter absoluat, protestetur tamen, quod si non restituar, vel faciat quod debet, peribitei fructus confessionis. Promissio vero specialis vel iuramentum ab huiusmodi, qui parum dispositi videntur, exigere non debet, nisi in casibus à iure ordinatis, de quibus infra.

Postea iniungatur ante absolutionem, sacramentalis satisfactio, vel poenitentia. Et est videndum, ne in prauidicium tertii sit: ut si seruo peregrinatio vel ieiunium magnum iniungeretur: nec etiam pro occulto peccato, manifesta poenitentia dari debet, ex qua in suspicionem illius venire possit.

Poenitentia quanta iniungenda.

Quod attinet ad magnitudinem satisfactionis, praestat errare minorem aequo, quam maiorem imponendo: licet re vera idem opus in sacramentali poenitentia iniunctum, efficacius sit ad meritum, ob clauium virtutem, quam si voluntarie fieret: Imo ea non tam quantitati, aut qualitati criminis (cuius tamen est habenda ratio) quam personae debet congruere. Nam dispositus, ad maiorem poenitentiam admit-

tendam

CONFESS.

rendam, maior potest iniungi: infirmis qui vel non admittunt, vel certe videntur non expleturi, grauiorem poenitentiam eam imponat, quam executuri videbantur. Cedeat etiam posse redimere, vt ieiunia, elemosynis: quaedam etiam poenitentis relinquat arbitrio, vt si dicat: Hoc facies, vel si malueris, illud: demum potius leuem satisfactionem imponat, quam recedere sinat afflictum, vel desperatum poenitentem, ob poenitentiae grauitatem. Quando tamen exigua iniungetur poenitentia, indicari possit, quanto maiorem mererentur: siquidem septennis pro quouis mortali in vsu erat 22. q. 1. Si tamen timeretur nimia deiectio vel diffidentia, non expedit hoc dicere, & charitatis erit, humaniori adhortatione suadere voluntariam satisfactionem, significatio quod in Purgatorio, aut in hoc mundo, quod reliquum est poenitentiae, luere oportebit: vtiunque hoc sit, hortetur, vt in gratia Dei poenitentiam absolueret curret.

Poenitentia leuior potius imponenda.

Nota

Feratur autem intenso iniungentis poenitentiam vel satisfactionem, ad extirpationem in vitiis: vnde, contraria si admittantur, maxime conueniunt vt elemosyna contra auaritiam, ieiunium contra

Intentio confessarii in poenitentia iniungendis.



DIRECTORIUM

Contra raris cu

luxuriam, audire verbum Dei contra negligentiam in eo audiendo, oratio ad gratias impetrandas, v. septem Pater & Ave, ad septem dona & virtutes, contra septem peccata quinque ad reformationem quinq; sensuum, tres ad reformationem trium potentiarum, vel vt bene se habeat ad Deum, proximum, & seipsum. Confert etiam pro poenitentia aliquando, imponere euitationem aliquarum occasionum peccati, & praecisionem causarum eius: vt allocationem huius, ingressum in domum illius, &c. quaedam etiam fortissima, & latissime patentia ex remediis, quale est octauo vel decimoquinto quoq; dei confiteri (si quis admitteret libenter) loco satisfactionis vtiliter iniungeretur. Aduertendum est etiam, quod is maxime, qui recidere solent, iniungere poenitentias expedit operu, quae manent, vt elec. mo synax. Sunt enim qui dubitant de non manentibus (qualis est oratio) an etiam post respiscenciam valeant iis, qui in mortali exoluerunt. Haecenus de secunda confessoris cura, quae versatur circa materiam huius Sacramenti, id est actus poenitentis, & maxime accomodato sermone illis, qui auxilio indigent maiori, vt qui raro & non bene confitentur.

Occasione cui ratio in poenitentia impo nenda.

Item confessio frequens. Reciduantibus quae poenitentia iniungenda.

Quomo

CONFESS.

Quomodo cum aliis, qui minori egent auxilio se habeat Confessarius.

Saepe & recte confitentes quomodo iuandi.

AT sunt aliqui, qui saepius, & recte confitentur, ac noti sunt. His satis est audita eorum confessione, poenitentiam iniungere: nisi remedium aliquod, ad aliquos defectus, aut consolatio, aut exhortatio aliqua, vel instructio ad habenda videatur.

Saepe, sed non recte confitentes quomodo iuandi.

Alii sunt, qui saepius quidem confitentur, sed minus recte, & hi ea in parte iuandi sunt in qua non bene procedunt: si enim conscientiam suam non videntur bene discussisse, vel certe peccata non exprimunt, interrogatione iuandi sunt, iuxta breue interrogatorium, quod subdetur. Si dolor deesse, vel propositum firmum abstinendi, vel satisfaciendi, vel alia ad confessionem necessaria videbuntur, ex superius dictis, quae ad haec inducunt, adhiberi poterunt, quae discretio confessorii iuxta personae & temporis circumstantias adhibenda censuerit.

Qui rarius confitentur, sed recte ac diligenter se discussisse videntur, non est quod interrogationibus molestantur, nisi aliquid omisibile, aut obscurius dixisse, aut ad emendationem vitae, vel profectum spiritualem

Quomodo, qui raro, sed recte confitentur.

C





DIRECTORIUM

quid intelligi oportere videatur: tunc enim quod satis ad hoc fuerit, non amplius interrogare oportet. Sic etiam qui dolorem sufficientem, & propositum abstinendi a peccatis suis præ se tulerint, eaque confitendo satis aggravauerint, nõ est quod multis confessarius ad dolorem excitet, & ad detestationem, & euitationem eorum exhortetur: sed potius his breuiter tactis, quasi approbando quod merito ipse sentit de suis peccatis (quibusdam præcipue grauioribus) venia spe confirmata, & si opus fuerit consolatione adhibita, ad consilia in futurum, & remedia se conferat. Quod si aliquo modo, sed non sufficienter detestari viderentur sua peccata, nec tam firmum propositum abstinendi, quam par esset, ostenderent, ex his quæ inferius sequentur, habita ratione personarum, iuuandi erunt. Iam sequitur de absolutione, quæ huius Sacramenti forma est: quia tamen in ordine executionis, præcedunt quæ ad finem Sacramenti conferunt, de his prius dicetur.

Quid cũ non sufficienter cõtritus.

DE

DE FINE HVIVS
SACRAMENTI.
CAPVT III.



TRIPLEX huius Sacramenti fructus est. Primus concitari Deo per gratiam, qua remittuntur peccata: huic coniungitur pax & consolatio spiritualis. Alter, vitæ emendatio in futurũ. Tertius, augmentum gratiæ & virtutum. Primum (qui huius Sacramenti proprius effectus & finis est) assequitur poenitens per actus iam dictos, contritionis, confessionis & satisfactionis, adhibita absolutione, quæ per virtutem sanguinis Christi, ipsorum complet imperfectionem. Ad secundum & tertium disponitur & inuatur plurimum per confessarii consilia, instructionem, & exhortationem: quæ tamen accommodari debent ad caput confitentis.

Triplex fructus Sacramenti poenitentia.

Quomodo iuuetur poenitens a confessario ad emendationem vitæ.

Quibus adiucetur poenitens ne peccet.

AD emendationem ergo vitæ, curet poenitentem armari contra defectus suos, firma voluntate, & sæpe renouata,



DIRECTORIUM

non offendendi Deum, ac ei vere seruiendi, & promptitudine occurrendi prauis cogitationibus, vnde reliqua mala oriuntur: quod fiet, reprehendendo seipsum, Deum presentem recordando, recurrendo ad Angelum custodem, ad sanctos, & precipue ad Christum crucifixum, & matrem circa crucem (in quibus videbit, quam teneatur resistere peccatis illis; quæ sic in seipso punit Christus) dicendo aliquem oportunitum verficulum, aut verbum: vt Deus in adiutorium meum intende, Cor mundum crea in me Deus, Iesus, Maria, &c. Iuuat etiam memoria beneficiorum Dei, & pœnarum, quibus peccator sit obnoxius, & mortis, cuius aduentus hora tam est incerta, & iudicii Dei, qui testis & pars futurus est. Iuuat, si peccatum aliquod accideret statim pœnitere, & aliquam sibi pœnam propter id infligere, & suo tempore confiteri proponere: alioqui vnum peccatum, suo pondere in aliud pessundaret. Iuuat elemosyna, bona societas, & euitatio praua. Tria precipue fere omnibus possent salubriter proponi.

Tria pœnitenti proponenda.

Primum est, mane se totos offerre Deo, cum memoria Iesu Christi oblatis pro nobis

CONFESS.

bis in cruce, petendo gratiam, ne eo die nos labi sinat, precipue in ea peccata, ad quæ sumus procliuiiores, dicendo Pater, & Aue, & Credo, &c.

Secundum est, aliquantum temporis quiete se colligendo (quod noctu ante somnum oportune fieri solet) examinare seipsum quotidie considerando beneficia accepta a Deo, & mala reddita: petendo veniam, & proponendo emendationem, dicendo etiam Pater, & Aue, & Credo, Salue, & (si placet) Psalmum Qui habitat.

Terrium, crebro confiteri sacramentaliter, quod multorum remediorum instar est, alia pleraque complectitur. Ex his, quæ proponi debeant pœnitenti, discretio confessarii dictabit. Quædam autem, quæ videntur magis oportuna, magis inculcanda sunt, vt in memoria retineantur. Et si promptitudo voluntatis ad consilium capiendum in aliquo cerneretur, sed obliuio timeretur, dici posset, vt scriberet, vel rediret tempore magis vacuo, vt id dictatum acciperet.

Simplicioribus, pauca & faciliora ad intelligendum, retinendum, & exercendum proponantur, Vt mane, ter dicere, Pater & Aue, contra malas cognationes, verba &

Que proponenda simplicioribus.



DIRECTORIUM

Opera, & semel Symbolum Apostolorum: quod si nesciunt, reprehendendi sunt, & exhortandi, vt discant. Noctu totidem aut plura, gratias agendo de beneficiis, & petendo veniam & custodiam, proposita emendatione. Et monendi sunt, ne in corde consentiant malis cogitationibus, & etiam vt crebro confiteantur.

Peccatorum radices rescindenda.

Quia tamen fere accidit, vt peccata multa vnâ, vel certe paucas habeant radices, diligenter ex effectibus obseruet eas confessarius & securim admoveat propriorum remediorum (de quibus infra) excitet maxime pœnitentem ad conflictum cum vno vel duobus defectibus (ex quibus fere alii ducunt originem) per renouationem propositi, & examen particulare quotidianum ad eum applicatum, & alia remedia, quæ magno & perseueranti animo sunt exercenda.

Remedia contra reciduum. Primum

Contra reciduum, narrat Gerson Cancellarius, hoc remedio vsum fuisse doctorem quandam, vt scilicet, quinque ad tempus iniungeret habito consensu. Primum, vt quando cunque accideret tale peccatum, ille cui accidit, teneretur ieiunare die sequenti in pane & aqua. Secundum, vt cer-

tium

CONFESS.

um numerum Psalmorum diceret. Tertium, vt aliquid sibi charum, vel certe pecuniam daret, iuxta facultatem. Quartum, vt teneretur intra triduum post peccatum confiteri. Imminentis enim huius pœnitentiæ timor, fragilem voluntatem inuare posses, & a peccato retardare. Quintum erat, vt licet succumbens tentationi, consentiret peccato, aliquas orationes tamen prius diceret genibus flexis, si forte miseretur Deus. Hac autem remedia non tantum vt vtilia proponat Confessarius: sed nitatur pœnitentibus persuadere: cogere enim nec potest, nec expedit. Ille idem Doctor in grauib, primo in lapsu, tolerabilem iniungebat pœnitentiam: sed in memoriam habitæ gratiæ, aliquid leue, vt Pater & Ave, vel aliquid simile, quod quotidie diceret, iniungebat, ita vt posset reficere quouis die, quæ alio omitteret.

Quartum. Quintum.

Contra reciduum peccati grauioris.

A pueris etiam exigebat promissionem, non tamen iuramentum nec votum, vt cauterema quibusdam, prohibens serio ne alius fierent prima occasio peccati, & ne transiret in speciem grauiorem, & suadens ne fugerent bonos confessarios, piam conuersationem, & lectionem, &c.

A pueris quæ exigenda.

C 4



Quomodo disponendus poenitens ad gratiam augmentum.

Secundo.

DIRECTORIUM

Quomodo iuuetur poenitens a Confessario ad gratiam augmentum.

Tertius Sacramenti huius fructus acinis est, augmentum gratiae & virtutum: ad quod disponit confessarius instruendo, & exhortando.

Primo, ad bonum usum gratiae acceptae, tuendo sollicitè omnimodam puritatem, insistendo bonis operibus pro talenti accipitatione, & iis praecipue quae charitate in Deum & proximum commendantur: gratum etiam se exhibendo bonorum omnium auctori, per memoriam beneficiorum, & gratiarum actionem, & laudem.

Secundo, ut se idoneos, & quales a capacia, ad nouam gratiam percipiendam constituent, Rectitudine intentionis, qua omnia bona, & perfectionem ipsam suam, non propter se tantum optent, sed ad proximorum auxilium & Dei honorem referant: Latitudine desiderii vehementis, continui, inuariabilis, efficacis ad vitandam mediis omnibus, quae ad gratiae incrementum disponunt: Profunditate humilitatis semper quod sibi deest intuendo, sibi omnino diffidendo, & omnem amorem proprium abnegando.

Tertio

CONFESS.

Tertio, ut ea instrumenta bene exercent, quibus aquam gratiae, intellectus & affectus noster haurire solet: talia sunt lectio, auditio verbi Dei, meditatio, oratio (maxime mentalis) & vsus Sacramentorum, confessionis & communionis.

Quarto, Fontes ipsi, vnde haurire gratiam oportet, ostendendi sunt poenitentibus: ac primo quidem, excitanda est eorum deuotio ad angelos & sanctos, praecipue ad matrem gratiae Mariam: deinde exhortandi omnes sunt ad quaerendas & implorandas orationes seruorum Dei qui adhuc viuunt, & ut bonorum operum ipsorum participes fieri studeant.

Sed quia vberior est secundus fons Christi mediatoris, admonendi sunt, ut ab eo frequentissime hauriant, ipsum intuendo, ut virtutum exemplar, ut qui nobis promeruit, ut qui vult, & potest augere gratiam omnem, imo ad id inuitat, dicendo, *Perfeci estote, &c.*

Vberimus vero omnium est tertius fons, vnde ad alios aqua gratiae deriuatur, scilicet, Diuina opulencia, bonitas, amor, & caetera, quae spem excitant in Deum.

Quia tamen (ut saepe monere oportet)

Tertio. Quae ad gratiam assequendam commiserant.

Quarto.

Matth. 1

Universidad de Deusto

Non omnibus omnia, sed ea quae ad gratiam pertinent ratio habenda. Status consiliorum aptissimi ad gratiam impetrandam. Dexteritas in consiliorum statu poenitentiam imponendo.

non omnes omnium capaces sunt, prudens confessorius videat, ut proportionata cuiusque dispositioni vel capri proponat, ad gratiae augmentum.

Et quidem modo praedicto in quouis statu fidelis iuvari possunt. Iam licet dubium non sit, quin status consiliorum sit aptior ad gratiae augmentum, quam praceptorum (vnde dicitur status perfectionis) in iis qui ad eum vocantur, non tamen expedit poenitentes statim ad id stimulare, ne idoneos quidem: quia multi eo magis refugiunt, quo magis sibi persuaderi id sentiunt.

Securum est tamen huiusmodi homines ad perfectiora, & saluti viciniora (ut paulo ante dictum est) trahere: & cum dexteritate de inspirationibus Dei interrogare, circa perfectiorem statum vitae assumendum: & si sentiunt in se aliquas, ne surdi sint ad vocationem Domini: si vero non, ut separatos offerant Deo ad omnia, quae ipsi gratissima futura sint: & si commode fieri possent, ad exercitia spiritualia esse inducendi: vel prout essent dispositi ad optima quaeque impellendi. Si tamen animaduertat Sacerdos conscientem sic dispositum, ut expedire iudicet, ad consiliorum viam eum indu-

inducere, occasione elabi de manibus non sinat: vel ad colloquium extra confessionem inuitet. Et haec de fine Sacramenti confessionis dicta sint. Iam de absolutione pauca & extremo tandem loco dicere oportebit.

DE CONFESSARII CVRA CIRCA ABSOLUTIONEM.

CAPVT IIII.



VIXTA Concilium Florentinum, forma absolutionis (ut Absolutio dictum est) consistit in his verbis: Ego te absoluo, vel (quod idem est) te absoluo &c. Reliqua sunt de decencia, tam impositio manus super caput, quam verba ante, & post absolutionem vsitata, sed omitti non debent.

In reconciliationibus breuibus satis est dicere: Dominus noster Iesus Christus te absoluat: & ego auctoritate ipsius, tibi licet indigno concessa, absoluo te, in primis, ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis & interdicti in quantum possum, & indiges: Deinde ego te absoluo ab



omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & filii, & Spiritus sancti, Amen. De suspensione non est facienda mentio, cum poenitens nullum ordinem habet.

In confessionibus plenioribus, postquam dixerit poenitens, Ideo precor beatissimam Virginem Mariam, &c. & te patrem orare pro me, & peto absolutionem, & poenitentiam: dictis quae dicenda iudicauerit, & iniuncta poenitentia, Sacerdos dicit: Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducatur te ad vitam aeternam. Deinde manum super caput poenitentis eleuans dicit: Dominus noster, &c. vsque, Ego te absoluo, &c. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Deinde manum remouens subdit: Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita beatae Mariae semper virginis & omnium Sanctorum, quicquid boni feceris, & mali sustineris, sit tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiae, & praemium vitae aeternae, Amen.

Edictio de futuro, in absolutione vitanda.

Non est addenda vlla conditio de futuro in absolutione, qualis esset, Si restitueris, vel si poenitentiam egeris, ego te absoluo: Credere enim oportet poenitenti, qui dicit se id velle: sed possit dicere qui dubitatur an dederit

dederit absolutionem. Si non es absolutus, ego te absoluo. Non enim bis eadem in confessione debet de eisdem dari absolutio, licet possit reiterari, quoties quis confitetur.

Præterea quamuis non constet quod incurret, debet ad cautelam praemitti absolutio excommunicationis, &c. absolutio peccatorum. Quod si etiam in irregularitatem quis incidit, aut incidisse dubitatur (super qua confessarius habet auctoritatem dispensandi) sic dicere potest: Absoluo te imprimis ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti in quantum possum & indiges, & dispenso tecum super irregularitate, si quam incurristi, vel quam incurristi, propter hoc & illud, & habilitate ad actus legitimos: deinde te absoluo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Illis qui obius tertii violatum, vel propter notoriam offensam excommunicati sunt criminosis etiam hominibus, vt incendiariis, mutilantibus, manifestis raptoribus, vel violatoribus ecclesiarum, manifestis usurariis, & sacrilegis, non debet ab-

Nota. De iisdem non potest bis eadem dari absolutio. Absolutio ab excommunicatione, absolutio peccatorum praemittenda. Quid est irregularitas poenitens incidit.

Quibus in casibus non sit absolutio poenitens ab excō-

Universidad de Beja

DIRECTORIUM

munic. nisi facti fuerit aut cautionem præstet, aut iuramento se obstringat.

futio dari, nisi satisfaciant parti, vel dent cautionem pignoratitiam vel fideiussoriam: hoc si præstare nequeant, iurent saltem, se cum primum possit satisfactoros. In magnis autem criminibus, qualia sunt eorum, qui excommunicantur ob offensam notoriam, & incendiariorum, etiam peti debet iuramentum de non committendis iis, propter quæ incurrunt excommunicationem, & de stando mandatis Ecclesiæ.

Absoluedus poenitens in foro exteriori, prius ab excommunic. quâ interiori

Si quis fuerit per iudicem excommunicatus & denunciatus, remittendus est ad eum, ut absolvatur in foro exteriori: quamvis in foro conscientix possit absolvi per aliquem habentem facultates, quæ nonnullis religionibus sunt concessæ, cum satisfactione vel consensu partis: quod si pars contradicat, qui paratus est facere, quod in ipso est, absolvi potest in hoc foro conscientix.

In mortis articulo quivis sacerdos potest absolvere.

Cum necessitas extrema urget, id est, cum mors fere solet accidere, quivis Sacerdos ab omnibus peccatis & censuris potest quemvis absolvere: sed si periculum evaserit poenitens, præsentare se debet ei, qui superior est, propter censuras

suras non tamen iterare confessionem. In excommunicationibus publicis, cum solemniter danda est absolutio, servari debent, quæ de ea dicuntur. Mortui etiam absolvi possunt ab excommunicatione; quod valet, ut quis sepeliatur in loco factio, & pro eo orationes fiant, &c. Et hæc de absolutioe, quæ forma & complementum est huius Sacramenti, sufficiant.

In publico excommunicatioe absolute morte servanda. Mortui possunt ab excommunicatione absolvi.

IN APPENDICES DIRECTORII PRÆFATIO.



V M superius de discussione poenitentis, ac deinde, de vitæ emendatione iuvanda, ageretur; de interrogatorio, & de propriis re mediis peccatorum, aliquid promissum est, quod iam præstare oportebit. Et quia interea, quæ ad satisfactionem pertinent, vel in primis restitutio necessaria est; quædam etiam de illa, ut memoriæ minus exercitatorum consulatur, adiciemus. Postremo de vinculis, vel censuris

Quadruplex eorum quæ sequuntur propositio.



DIRECTORIVM

ecclesiasticis, excommunicationis, suspensionis, & interdicti, cessationis à diuinis, ac nota irregularitatis, quod confessario fati esse vidibitur, breuiter perstringemus.

Interrogatorium.

duplex subditur interrogatorium, alterum est paulo fufius, ad eorum præcipue confessiones accommodatum, qui opera confessarii magis egent, vt cognoscâr vel redigant in memoriam sua peccata: & quia connexa sunt valde, quæ in octauo, nono, & decimo præcepto præcipiuntur, cum iis, quæ in quinto, sexto & septimo, ad septem prima præcepta, interrogatorium restituitur (ad quæ bona ex parte etiam reliqua peccata reducuntur) causa breuitatis, & ordinis: vt Primo de cogitationibus. Secundo, de verbis. Tertio de operibus. Quarto de omissionibus interrogatio fiat circa præcepta. Quia tamen aliqua ex septem peccatis capitalibus, non videbantur tam facile ad septem præcepta reduci, eorum tria seorsum tractantur: quædam deinde, ad certos status hominum accommodata, subduntur: non tamen omnia peccata, sed quæ in confessionibus fere locum habent, persequimur.

Ordo in interrogando seruan- dus.

Circa

CONFESS. 49

Circa primum præceptum: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.

Circa cogitationes.

PRIMO interroget de iis, quæ circa fidē accidunt: vbi peccat, qui non credit, vt infidelis, hæreticus, dubius in fide, qui curiose scrutatur: & disputat de articulis fidei, tanquam qui velit solum credere, quod ratione probatur: qui non sentit de Deo, & de diuinis piē, vt debet. Deinde de iis, quæ contra spem. Hic peccat qui desperat de consequenda beatitudine vel mediis ad eam, scilicet de venia peccatorum, de emendatione vitæ, & virtute consequenda, & exercenda in bonis operibus: & vice versa, qui sine poenitentia, veniam consequi præsumit, vel differt in senectutem aut mortem, emendationem. Demum de iis qui contra charitatem, vbi peccat qui nimium afficitur ad temporalia: qui timore mundano Deum offendere, vel non ei seruire statuit: qui nõ recta intentione seruit Deo, sed propter præmium, aut timorē, aut laudem humanam, vt vltimum finem, sine quo non ei seruiret: qui horrorem quendam habet, aut odium, ad diuina.

Circa fidem.

Circa spem.

Circa charitatem.

D

Verbo.

peccatū
primo
Apostasia.
Secundo
de blaphemia.
Tertio,
falsa, vel
prophana
sacris
immisce
do.
Quarto,
dæmones
inuo
cando.

Quinto,
murmura
tione cō
tra Deū.
Idolola
tria.
Incanta
tiones &
scriptas
oraciones
superfici
osa
Tentare
Deum.
Ingratū

Circa verba.

Progrediendo ad verba, peccat qui ne
gavit idem verbo, aut signo, quamvis non
mente: qui blasphemavit Deum, vel san
ctos: aut cum iniuria, membra eorum in
decenter nominavit: qui falsum aliquid in
seruit in cultu Ecclesiastico, vel ei adiunxit
turpes cantilenas, verbo vel organo: qui in
vovavit Dæmones explicitè, vel implicitè,
vel habuit pactum aut familiaritatem cum
eis. Qui murmurat contra Deum, quia nō
concedit, quæ vellet, vt sanitatem, &c. quasi
non iuste, vel quasi crudeliter cum ipso a
gatur.

Circa opera.

Qui adoravit aliud, quam Deum Iatria.
Huc pertinet si ad Iudæorum, vel infidelium
ceremonias rediit: si fecit incantationes,
aut divinationes superstitiose, per acta,
somnia, auguria vel sortes: si habet secum
magica, & scriptas orationes superstitiosas, quod ad
forti legum, & characteribus, & observatione
varia numerorum, & temporum, & huius
modi: qui Deum tentavit, miracula expe
tendo, cum non sint necessaria, neglecto
præsidio secundarum causarum, quibus
inquari possit: qui malè & ingratiè vitur do
nō

nis Dei, Deum offendendo.

Circa omissiones.

Qui timore obloquutorum, &c. omittit
debitum Dei cultum: qui non orat, nec alia
facit, ad honorem Dei necessaria: qui nescit
necessaria ad salutem, & profectum; vt de
cem præcepta legis, quinque Ecclesiæ, Cre
do & Pater noster, &c.

Circa secundum, Non assumes nomen
Domini Dei tui in Vanum.

Circa verba.

Peccat, qui in iuramento assertorio, per
Deum, Sanctos, fidem Dei &c. scienter
affirmat falsum: vel dubitans an sit falsum,
certè nesciens esse verum, quod iurat: qui
in promissorio iurat, non intendens serua
re: qui iuravit facere, quod peccatum est:
vel non facere, quod bonum: qui iuravit te
mere, irreverenter, per iocum, & demum
sine causa, qui vovit rem illicitam, vel lici
tam, sed propter malum finem.

Circa omissiones.

Qui quod iuramento promissit, sua cul

se Deo
præbere
Divini
cultus,
vel ora
tionis o
missio.

Iuramen
tum as
sertoriū.
Iuramen
tum pro
missoriū
Iuramen
tum, te
merari
um, &
sine cau
sa.
Votum.



DIRECTORIVM

pa non impleuit : qui non satisfecit voto cui tenetur.

Circa tertium, Memento vt diem Sabbathi sanctifices: sub quo fere precepta Ecclesia

Circa opera.

Festoru violatio.

PRaeterquam quod omne peccatum, in festis commissum, grauius efficitur: contra hoc praecipuum proprie peccat, si violauit festa, per opera feruilia, vel prohibita ab Ecclesia, vel id fieri mandauit: si Sacramenta male percepit vel ad ministravit, scilicet in peccato mortali, vel in excommunicatione: si abusus est sacramentis, vel rebus sacramentalibus: si excommunicatus ingressit se diuinis: si cum excommunicatis participauit extra casus concessos: si suspensus aut irregularis aut interdictus, ingressit se prohibitis: si violauit Ecclesiam, vel coemiterium, semine, vel sanguine: si immunitatem loci Ecclesiastici, per sacrilegium, vel violentiam aliquem inde extrahendo, vel prohibita ibi exercendo, & demum irreuerenter se habendo: si fecit iniuriam reliquiis, vel imaginibus sanctorum, vel irreuerenter sese habuit ad res sacras: si percussit,

Sacramentoru mala perceptio, vel administratio. Sacramentoru abusus. Excommunicatio. Suspectio Ecclesiarum, & ipsarum inunita ris violatio.

CONFESS. 33

fit, aut vim intulit, vel vestigalia, & prohibita exegit a personis Ecclesiasticis: si peccatum carnis, post votum castitatis, vel ordinem sacrum, commisit.

Circa omissiones.

Si sacrificium Missae sine rationabili causa omisit, vel irreuerenter audiuit, confabulando, aut aliquem non honeste agendo. Si non ieiunauit, cum teneretur, aut cibus vestitus vsus est: si decimas debitas non soluit: si sacramentum confirmationis neglexit pro se aut pro suis: si non est confessus debito tempore, & modo, praecipue si in iis deficiat propter quae est iteranda confessio: si non communicauit, aut non bene, id est, in peccato mortali, vel non ieiunus: si neglexit ire ad praedicationes: si non dixit officium ad quod tenebatur, vel vagabatur mente ex proposito illud dicens, vel si occupabat se, vt non posset attendere, vel non expressit integre dictiones.

Circa quartum, Honora patrem tuum, &c.

Circa cogitationes.

PRimo, qui parentum mortem aut superiorum optat, ob haereditatem, vel

Retum sacraru irreuerentia. Personarum Ecclesiasticarum percussio & vestigalium exactio. Missa. Ieiuniu. Decima. Confirmatio. Confessio.

Communicatio. Praedicatione. Officium.

Perversa desideria.



quamvis aliam causam: qui nimio amore ad parentes afficitur: qui impatiens est: & indigno abundus, vel irreuerens cum eis.

Circa verba.

Qui duris verbis eos offendunt presentes, vel eis detrahunt absentibus.

Circa opera.

Qui eosdem parentes, & superiores, aut coniugem, aut liberos, aut familiam male tractavit, qui male subditis imperat, & eos male gubernat.

Circa omissiones.

Qui parentes non honoravit, vel eis non subvenit in necessitatibus, qui eorum consolationem negligunt, aut viventium, & mortuorum suffragia, vel non expleant ultimam eorum, à quibus hæredes relinquuntur, voluntatem in testamentis expressam: Similiter de iunctis sanguine, patria, ac benevolis qui prælati, principibus, dominis temporalibus, & in dignitate constitutis, non præstant observantiam, & subiectionem quam debent: qui ex contemptu, vel in rebus maioris momenti non obediunt quibus debent. Si statutis, & legibus, quibus subiacebat, non obtemperavit, immo re-

Parenti inhonoratio. Testamentorum transgressio. Superiorum observantia inobediencia.

bellis

bellis fuit. Hic de ingratitude, contemnendo, vel non agnoscendo, vel obliuiscendo beneficium, vel benefactorem, non habendo animum retribuendi, vel reddendo malum pro bono: Qui non toleravit infirmitatem proximorum. Hic & de inhumanitate in pauperes, si habens superflua ad decentiam status, non subleuavit eorum inopiam, vel constitutis in extrema necessitate non subuenit: si superflua ad necessitatem naturæ, licet non ad decentiam status, ei suppcebant.

Ingratitudo.

Compassio superflua retinens.

Circa quintum. Non occides: sub quo octavum: quibus nocumentum in personam & famam proximi prohibetur.

Circa cogitationes.

Interroget primo de odio, quo mortem vulnere, infamiam, &c. aliorum desideravit deinde de ira & impatientia, qua movetur erga alios, optando vindictam, &c. de invidia, qua gaudet de malo alterius, dolet de bono, ægrè fert aliorum laudem: de voluntate mala quacunque ex causa, qua deliberatè aliorum malum, in anima, corpore vel honore voluit, & cetera. de iudicio

Odiuim

Ira. quo ad alios.

Invidia. peruersa voluntas.

Iudiciu



temerario quo damnat facta vel dicta, vel animum alterius, & de suspicionibus siue ratione, & de interpretatione peiorem in partem: de ira in seipsum, & suæ mortis desiderio, ex mala causa.

De verbis.

Peruersum consiliū, & hortatio.

Progradiendo ulterius, interroga de verbis ad malum proximi tendentibus, vt de consilio vel exhortatione ad malum aliquod inferendum proximis.

Mandacia in iudicio.

De mendaciis in iudicio, tam testis, si falsum testimonium dixit, quam accusatoris, si calumniatus est, vel iudicis, rei, advocati, procuratoris, si mentiti sunt in aliquo loquendo, vel tacendo verum, vel sophisticè non ad mentem iudicis dicendo. De mendaciis etiam extra iudicium, in damnum animæ vel corporis, vel famæ; quæ perniciose dicuntur. Hic de tractatione aliorum, dicendo vel audiendo libenter falsa omnino, vel ex parte, vel sine necessitate præcipue si cum intentione infamiae inferendæ, vel si res grauissimæ asseruntur. Præterea de contumelia, litibus, irrisionibus, maledictionibus vel malis imprecationibus, & susurrationibus, quibus

Mendacium extra iudicium.

Aliorū detractio. Contumelia, &c.

odium

odium vel inimicitia huius in illum exci-
tatur, vel aliter de clamore, exprobratione
defectuum, minis. Adde his, aliquem lauda-
re de opere, quod peccatum est, vel id appro-
bare, quod adulatorum est. Adde detractio-
nem sui, nocendo famæ propriæ, sine causa
rationi consentanea.

Circa opera.

Pete de occisione, vulnere, percussio-
ne, vinculis, tormentis, exilio contra ius-
ticiam: si tenuit infantem in lecto cum
periculo suffocationis: si procurauerit ster-
ilitatem, vel abortum ante viuificatum
foetum, vel post: si conciliauit, vel fouit
inimicitias; si fecit vel iuit ad bellum inius-
tum, scienter, vel ad id, de cuius æquitate
non constabat, sua sponte, non ad actus su-
terioris mandato excusante. Hic de si-
multanibus, rixis, seditionibus. Præterea
de punitione infantis, grauius aut lenius
quam meretur, vel malo animo, vel con-
tra legum dispositionem. Huc reducitur
peccatum quo quis exemplo præbet scan-
dalum; comitatur, vel iuuat alios ad mala
bonorum mores corrumpit trahendo ad
dissolutionem, vel impediendo eorum bo-

Assenta-
tio.

Detra-
ctio sus.

Cædes.
percussio, &c.
Periculus
suffocatio-
nis.
Abortus
Inimicitiarū
fomentum
Bellum
iniustum.
Simulacra
& rixæ.

Infantis
punitio.
Scandalum.
Alios ad
malum
iuuare.



DIRECT. CONFESS.

na, reuocanda ab his quæ sunt pietatis, per iriſſiones; quique doctrinam peruerſam doceat; & demum qui ad quoduis peccatum alios inducit, & etiam quo quis ſibi mortem accelerat per crapulam, aut alia illicita, aut percuti ſeipſum ex ira, aut facit contra ſcientiam, quod putat vel de quo dubitat quod ſi peccatum, aut ſe peccandi periculis exponit.

Circa omiſſiones.

Alios in periculis non adiuuare. Veniſſim petere, vel petentibus condonare. Delinquentes non corripere.

Cum non adiuuant aliquem in periculis animæ aut corporis ſi poſſunt, cum non defendunt ſamam proximi iniuſte diffamati; cum nolunt reconciliari his, quos offendunt, veniam petendo, vel poſcentibus veniam condonare, & remittere offenſionem ex animo recuſent; imo ſubtrahunt communia beneficia, cum delinquentes non admonent & corripiunt vt oportet; præſertim ſi eis ex officio incumbit.

Circa ſextum, Non machaberis; ad quod referatur nonum, Non concupiſces uxorem proximi tui.

Circa cogitationes.

In cogitationibus

DE cogitationibus venerorum & delideris moroſis, præcipit ſic cum delibera-

INTERROGATOR.

beratione, in omnibus modis libidinis morattingendis.

Circa verba.

De progreſſu eorum ad verba inhoneſte dicta, vel audita, ad hunc finem, vel quouis modo. Hic de litteris aut nuntiis, &c.

Circa opera.

Demum de opere, vt de aſpectibus inhoneſtis, nutibus, munuſculis, ornatu ad malum finem placendi ordinato: de actibus ipſis inhoneſtis, vt oſculis, tactibus impudicis, de quibus agens cum coniugatis illud dumtaxat inquire, an his tactibus periculo pollutionis expoſuerint cæteros admonebis, mortale in eis peccatum admitti. Demum inquire de peccato carnis conſummato, cum ſolutis, vel coniugatis, vel conſanguineis, & affinis, vel conſecratis ordine, aut voto, aut poſtquam ipſe ordine aut voto caſtitatis ſe deuinxit, vel contra naturæ ordinem per molliciem in ſeipſo, vel per nefanda peccata cum aliis.

Circa omiſſiones.

Omiſſione vero peccatur, non reddendo debitum coniugi, ſe non armando contra tentationes carnis, nec occaſiones remouendo eius peccati.

moroſis quid præcipue obſeruandum.

Inhoneſta.

Coniugati de his quomodo interrogandi.

In peccatis carnis perſonarum circumſtantia obſeruari.

Contra naturam

Debitum coniugale. Occaſio.



Circa septimum, Non furaberis, cui adiungitur decimum, Non concupisces rem proximi.

Circa cogitationes.

Praua & infatiabilis rerum temporalium, & ecclesiasticarum cupido. Mendacia in iudicio, & extra. contra proximum. Furtum. Fraus.

Affectus habendi infatiabilis; sollicitudo inquieta in acquirendis rebus temporalibus; cupiditas bonorum ecclesiasticorum vel aliorum etiam per vias non licitas: voluntas inordinata accipiendi, vel retinendi aliena.

Circa verba.

Hinc fit progressus ad verba, & peccatur per mendacia in iudicio, & extra, ad damnum proximi in rebus pertinentia, & per quævis alia verba quæ ad hoc faciunt.

Circa opera.

Vfura. Rapina. Inuenta, quæ restituenda. Fraps in ludo,

Si furatus est, & quantum: si iniuste acquisiuit, vt per simoniam, vel ex naufragio, vel per fraudem in emendo vel vendendo: circa rem aut eius substantiam, aut qualitatem, aut quantitatem, aut precium: si contractus vsurarios, vel societates & cambia non iuste exercuit: si rapuit per vim aliena, vel sua à quieto possessore, cum aliter recuperare posset: si vsus est adulterina moneta, licet ab aliis deceptus: si inuenta non restituit, quæ non habentur pro derelictis: si fraude in ludo vsus est: si damnum inculit rebus

bus proximi: si vsurpauit bonum commune: si imposuit, vel egerit vectigalia indebite: si aliis operam suam locando, fideliter non operatur: si vt genus mendicauit, cum non egeret. Adde profusionem, vel prodigalitatem, quæ extremum alterum, avaritiæ contrarium est.

Circa omissiones.

Hic de tenacitate, thesaurizando quod aliis communicatum oportuit, vt si possideatur potius quam possideat bona & si non restituat quæ debet.

De superbia.

Circa cogitationes.

Peccat, qui existimauit bonum quod habet, ex se habere, vel à Deo quidem, sed propriis meritis: qui vel arrogat sibi quod non habet, aut amplius quam habet: si aliis despectis singularis voluit apparere: si ægre tulit reprehensionem, nec fateri vocationem quam fateri tenebatur. Adde presumptionem, obstinationem, inpenitentiam curiositatem in addiscendis quæ non oportet: nolle subicere suum iudicium superiori: nimis efferi prosperis, nimis virtuti suæ confidere, ac proinde pericula peccandi non timere.

Non egenus mendicans,

Diuitiarum affectus. Propria sui ipsius existimatio.



INTERROGAT.

Circa verba.

Si pertinax, si impugnator veritatis fuit: si gloriatur non ut oportet, precipue de peccato defendit suos errores, vel excusat: adde iactantiam.

Circa opera.

Ambitio in honoribus, & prelationibus quarendis.

De ambitione, querendo honores, & prelationes, &c. usurpando in locis vel sedibus honorem qui non eis conuenit excedendo in vestimentis, aut comitatu.

Circa omissiones.

Gratias agere de beneficiis oremendo.

De gula.

Quibus modis peccatur gula.

Si solliciti sunt de preparatione, si ante tempus, si crebro, si auidè, si multum, si nimia cum voluptate comedant, aut bibant.

De acedia.

Circa cogitationes.

Bonorum operum fastidium, Mors qua ratione appetenda.

Fastidium bonorum operum, delectio animi ex aduersis, parui pendere in se dona Dei, cogitationes vagæ & otiosæ, precipue in orando, tedium presentis vitæ nõ ex piis causis, sed quod non succedant ex voto omnia; nolle natum esse.

Circa verba.

Verba otiosa.

De multis otiosè dictis.

Circa

Circa opera.

Ob tempus malè contritum, vagis discursibus, ludis, & otio.

Circa amissionem.

Ob pusillanimitatem, qua ex animi deiectione suam salutem, & media ad eam negligunt, qua malunt in miseria manere, quam laborare: qua se retrahunt à magnis operibus, quibus pares sunt: qua famam bonam sibi ceptam recuperare (quamuis contra Dei honorem, vel in aliorum incommodum id cedat) negligunt.

Pusillanimitas.

Huc pertinet procrastinatio & tarditas inchoandi emendationem, & bona opera: inconsummatio acceptorum bonorum operum: desistere à propositis bonis: non excutere tentationes, & cetera. De aliis capitalibus sacis dictum est in præceptis.

Procrastinatio acceptorum bonorum inconsummatio.

INTERROGATORIVM BREVIUS IN carmen redactum, memoria causa.

Circa primum præceptum.

Corde vel ore negas, errore aut schismate ductus, Accipis, blasphemus, qui tentat, qui male cultor,



Quemq; superstitione grauat aut cū demone pactū.
Desperans, male confidens, mundi que timore,
Recta finens, proprie ignorans præcepta salutis.
Terrenis harenis nimium, ac diuinis perosus.

Circa secundum præceptum.

Qui violat promissa Deo, qui que affirmat audax,
Iurando falsa aut temere, qui que improba uouit
Iurauit ve, alios nec ad id traxisse ueretur.

Circa tertium præceptum, sub quo præcepta Ecclesiæ.

Quicquā operor uetitū, missum est ieiunia linguat
Non per soluo preces, uetitū me immisco sacris.
Cum teneor non accedo, loca polluo sacra,
Sacratas uiolo res, personam que profanus.

Circa quartum præceptum.

Non ueneror, non morior eror, non adiuuo patrem
Coniunctos ue pius foueo, aut humanus egenos.
Cui teneor parere, et quem obseruare recuso,
Pro que bonis sepe in gratis contraria reddo.

Circa quintum præceptum, sub quo octauum complectitur.

Ex odio mortem, uel corporis infero damna.
Quero inimicitias pugnas, iniusta que bella,
Inuido, accuso false malo detraho fame,
Vindictam iratus meditor, conuitia rixas.
Ad peccata alium induco, me sponte periculis
Offero, me cedo impatiens, mortem ue peropto.

Circa sextum præceptum, sub quo nonum.

Extra coniugium Veneri qui cedit iniqua,
Alterius violare ihorum qui mente paratus,
Qui loquitur lasciuia, animo qui turpia uersat,
Per uisus nutus, tactus male tendit adulter
Ad scelus, incestū admittis eū sanguine iuncta.
Cumq; intacta uiro stuprum, Christoq; dicat
Sacilegus uiolat, scelera his adiunge nefanda.

Circa septimum præceptum, cui adiungitur decimum.

Rem cupio alterius, dāsum fero, fraude, rapina,
Ufurpo, aut teneo, non sum satiabilis, opto
Per fas atque nefas ditari; uisura malique
Contractus, et luera placē in honesta: propinqui
Aduntior in damnis; male ludo, sumq; profusus.

De superbia.

Non accepta Deo refero bona; uel mea certa
Ob merita accepisse eor; sepe arrogo que in me
Non sunt: aut certe uideo præcellere cunctis,
Ambitione tumens, uersum impugnare paratus,
Atque obstinatus proprium di defendere sensum,
Nec solitus proprias ulla in te agnoscere culpas
Iudico, contemno, derideo reique homines que,
Scire uolo et facere aggredior superantia uisus,
Peccandi hanc timo fretus uirtute pericula.



De Acedia.

Non bene ago sed ex acta dolent, me a duersa re pante.

Deiciunt, et dona Dei mihi tradita temno: Virtutis que labor grauis est, magis otia pigrum Delectant, refugit mens ardua: sepe vagatur: Spirituale bonum t adet curare: remissa Ad bona qua teneor, diuina exhorreo iussa.

De Gula.

Sollicitus paro lauitias, Et tempus edendi Prauenio, vetitis, crebro cupide que nimum que Delector: ventri donum omnem desero cultum.

De aliis capitalibus dictum est in præceptis.

QVÆDAM DE STATIBVS VARIIS, ET PRIMO DE dominis temporalibus.

dominii iniusta acquisitio, vectigalium iniusta exaatio.

PRIMO de dominio iniuste quaesito, Secundo, si exigunt collectas, vel vectigalia indebita, vel instituta propter aliquid, quod non sit, vt propter securitatem viarum, qua non sunt securæ. Tertio si dant officia his de quib. præsumitur quod erunt iniustes, vel

vel iniusti. Quarto, si sciunt maleficia, & possunt prohibere, & non prohibent. Quinto si nimis grauat subditos, rerum ac temporu conditione inspecta. Sexto, si vsurpat qua sunt communitatis, qua cum fructibus tenentur. Sic de his qua sunt particularium viuorum vel mortuorum. Septimo, si seruitia personarum vel iumentorum indebita exigunt. Octauo, si permittunt mala, vt vsuras quas non oportuit. Nono, si parte ius petente, tamen condonant offensionem, &c.

De Episcopis.

PRIMO, tenere prælaturam iniustam a superiore per præceptum, si impedimentum vel ipse vel prælatus potest renouere: nec requiritur vt sciat se sufficientem, sed vt non constet de opposito. Potest tamen petere absolutionem ab officio, si videt animas commissas non proficere suo vel ipsarum defectu, vel per alium melius gubernari posse. Secundo, gregem deferere perseualiter, si videat quod subditorum salus exigit pastorem præsentiam, & alioqui non residere, præterquam in casibus, & tempore a Concilio Tridentino expressis. Tertio, non quaerere defectus subditorum

Officia quib. conferenda. Maleficiorum prohibitio. Subditorum grauamé vsurpatio reru communiu, vel particularium. Seruitia indebite exacta. Vsuraru permissio. iustitia. Prælatu qua do recufando. Quid cum animæ prælatu committens proficiunt. Residentia.



Sess. 23.
 c. 1. de re
 format.
 Subdito
 rim de
 scibus
 inuesti-
 gandi.
 Quæ ca-
 reti pos-
 sint Epi-
 sc. com-
 munica-
 re. Ordines,
 & benefi-
 cia indi-
 gnis nõ
 Cõferte
 Cõfcr. nõ
 virg. diuino
 officio. quando
 interefle
 debent
 Episc. Vi-
 fitatio.
 Prædica-
 tor inst.
 synodus
 celebran-
 da Mini-
 stru pro-
 uisio.

68 DIRECT. CONFESS.
 vt corrigantur, quando fama, vel quod mo-
 vere merito debeat, ad eius aures veni-
 Quatto, dare auctoritatem non Episcopis
 in iis quæ proprie pertinet ad officium e-
 piscopale, vt ordinare, chrysmare, &c. po-
 test tamen committere, quæ pertinent ad
 dignitatem (præter insignia) vt iudicare de
 clericis, & quæ sunt iuris dictionis. Quinto,
 conferre ordines indignis, & Ecclesiasticis
 beneficia. Sexto, consecrare non virgines vt
 vi-gines. Septimo, si non interfint diuino
 officio saltem dominicis diebus. Octauo,
 si non visitant, non inquirunt, & prouident
 vt debent. Nono, si non instituant prædica-
 tores in Ecclesia cathedrali potentes opere
 & sermone, & alibi, vbi tenentur. Decimo,
 si non cel. brant synodum omni anno, ad-
 monendo clericos, legendo constitutiones,
 &c. Vndecimo, si non prouideant de ido-
 neis ministris, vicario, assessore, notario.
 Duodecimo, si negligant executionem le-
 gatorum ad se deuolutorum. Decimoter-
 tio, si non faciunt ch y ma singulis annis.
 Decimoquarto, si non dispensant redditus
 suos, & pauperibus, & Ecclesiæ, vt debent.
 Decimoquinto, si negligunt vt magistri
 instituantur ad docendum oportuna. De-
 cimo

cimosexto, si negligat pascere oves sibi cre-
 ditas. Ex his autem, in his quæ sunt mala se-
 cundum se, peccatur mortaliter, vt confe-
 rēdo ordines indignis: in his vero quæ sunt
 mala propter aliud, id est, mala quæ inde
 oriuntur, iudicanda sunt tam grauiora quam
 est bonum, quo oves priuantur, & malum
 quod sequitur. Decimo septimo, permittere
 notarium petere salarium ab ordinandis;
 posset tamen aliquid accipere pro labore,
 dummodo Episcopus non participet in lu-
 cro. Decimo octauo, contemnere obserua-
 tionem canonum. Decimonono, per igno-
 rantiam tantam vt decem præcepta, articu-
 los fidei, virtutes, & vitia in generali, & sa-
 cramenta nesciat: nam & periurus est, re-
 spondendo in ordinatione quod sciat nouū
 & vetus testamentum. Vigesimo, de simo-
 nia in ordinibus, &c.

Legato-
 rum ex-
 ecutio.
 Christia-
 nis con-
 fectio.
 redditu-
 rum dis-
 pens. ma-
 gistrorū
 instir.
 Quum
 cura,
 Quæ ex
 supradit-
 tis sine
 peccata
 mortalia
 quæ nõ.
 Ab ordi-
 nandis nõ
 hil reci-
 piendū.
 Canonū
 obseruat
 Simonia
 in ordi-
 nibus.
 Contra
 ius diui-
 num.
 Iudiciū
 iniustū.
 Temera-
 rium.

De peccatis iudicium.

EX quinque peccatis contra ius diuinum,
 Primum est, iudicium iniustum. Se-
 cundum est, iudicium tererarium, ex non
 sufficientibus ad iudicium. Tertium est, v-
 surpatum, quando, personam vel opus non
 subditum iudicat. Quartum, iniusta remis-



vsurpatu
pena re
missio in
iusta.
Auctore
negatio
vel dilar.
Quz in
ducit ad
pradicta
Contra
ius posi
tium
Causa in
iusta no
defende
da.
Causa iu
sticia ex
aminada
Causa in
iusti vbi
dignosci
tur mani
festanda
clienti.
Studiū.
Clientis
instruē.
vt verita
tem fa
ceatur.

so pena, quæ graue peccatum esse solet, licet in pecuniariam commutetur. Quintum, negatio, seu dilatio iustitiæ, præsertim petitiæ: & tenetur de expensis & damnis illorum, quibus negatur vel differtur iustitia. Annexa peccata sunt innumera, quæ, scilicet, inducitur ad prædicta, vt odium, ambitio, timor mundanus, &c. Circa iuspositiuum, tot peccata, quæ prohibita transgrediuntur, ipsi dicant, & nominatim de acceptione donorum.

De aduocato & procuratore.

Primo, assumens causam, quam nouit esse iniustam, defendendam, licet caput ali quod iustum prosequatur. Secundo, nolens scrutari an causa sit iusta, vel iniusta. Tertio, prosequi causam, quam intelligit in ipsa tractatione iniustam, licet a principio putauerit iustam, & id tacere clienti. Quarto, non studere ad defendendam causam assumptam. Quinto, instruere clientem, vt dicat falsum, aut dolose. Sexto, exigere ab eo plus quam debet. Septimo, nolle defendere in causa iusta pauperē, cum appareat alius qui id faciat, si pauper opprimi creditur sine eius auxilio.

De

De notariis.

Primo, de periurio. Secundo, de falsis instrumentis. Tertio, de occultatis instrumentis, aut laceratis. Quarto, de facto instrumento illicito, vt vsurarum quas norunt, &c.

De matrimonio iunctis.

Primo, si sine tantum voluptatis actum matrimonialem exercerent, & modo non conuenient ad generationem, præcipue si extra vas, &c. Secundo, si in dispositione menstruorum, vel cum vxor est grauida, si cum periculo abortus, vel grauis damni id sit. Tertio, si debitum negatur, nisi in periculo vitæ, vel ægritudinis notabilis: vel cum petens, per fornicationem ius amisit. Quarto, si in loco sacro vel publico exercetur. Quinto, si coniugio ante benedictionem sponsæ. Sexto, si qui petit vorum habet castitatis simplex. Septimo, si cum vxore adultera publica vir commiscetur. Octauo, si matrimonium sit clandestinum. Nono, si nuptiæ fiunt tempore interdicto, quo ad benedictionem, & additionem sponsæ & celebritatem coniuuii, vel si cum superflua vanitate. Decimo, si excommunicatus, vel in mortali, contraxit matrimonium.

Salariū
iustum.
paupes
gratis defen
dendi.
Notario
rum pec
cata.
Quis fi
nis in a
dumatr.
vitadus.
Quo tē
pore sic
ab vsu
marrim.
abstinea
dum.
Debitū
marrim.
quando
denegare
licet.
Quo in
loco ex
ercerint
possit.
Votū ca
stratis
debiti p
titionē
impedit
Vxori ad
ult. com
miscerā

E 4

Undecimo, si cum personis coniunctis sanguine, vel affinitate in gradibus vetitis, vel in alio casu prohibito: sed tantum quare de impedimentis, de quibus est præsumptio. Duodecimo, si non prouidit familiæ de necessariis. Tertiodecimo, si exacerbauerit verbis vel factis coniugem, aut nimis zelotypus, vel remissus in cura fuit. Quarto decimo, de vxore, si inobediens, contentiosa, inculca, negligens in cura domus, si non sequitur domicilium viri, nisi trahat ad peccatum.

De sacerdotibus, & aliis clericis.

Primo, si quis accepit ordinem simoniace, vel a simoniaco Episcopo, vel antelegitimam ætatem, vel in peccato mortali, vel excommunicatus irregularis, aut suspensus erat. Secundo, si iis censuris irritus, vel in mortali ordinem exequatur. Tertio, si non portauit tonsuram & habitum. Quarto, si negotia secularia exercuit, ludos, choreas, &c. Quinto, si officium ordinis sine debitis ornamentis exercuit. Sexto, si omisit horas canonicas, vel eas dicendo exercet opera manualia, aut voluntarie vagatur, aut non integre pronunciat.

Septi-

Septimo, de simonia in sacramentis, vel aliter in beneficiis, &c. Octauo, si omisit debitam materiam, vel formam vel ritum in sacramentis: & interrogentur in specie rudiores, an sciant formam Baptismi, Eucharistiæ, & necessarium sacramentorum. Nono, si non confessus de mortali celebravit habens confessarium, vel non dictis matutinis, si non ieiunauit, si non communicauit, si tenuit immundos calices, si non curat attentionem, si non bene custodit ne aliquid cadat in terram, si post pollutionem ex causa mortali celebravit, si dixit missam ad maleficia. Decimo, si non celebravit saltem in magnis solemnitatibus, vel plures eodem die missas (præterquam in die Natalis Domini) dixit sine licentia. Undecimo, si absoluit quem non poterat, si reuelauit confessionem, & nimis festinauit in audiendis confessionibus, si non consuluit peritiores in dubiis, si penitentiam male inuoxit, si interrogat quæ non debet. Duodecimo, si prædicat mendacium, vel curiosa, vel iocosa, vel indulgentias indiscretas, vel simoniae, vel ob gloriam, vel sine licentia. Decimotertio, si familiaritates habuit cum mulieribus, vel in honeste eas aspexit. Decimo-

Negotia
Otnamē
ta debita
horæ cano-
nicæ
quomodo
recitan-
dæ.
Simonia
Sacramē
torū col-
latio.
Celebra-
te in mor-
tali, vel
non ieiun-
ne &c.
Quoties
celebran-
dum.
Circa cō-
fessionē
notanda
Quo ad
predicac.
Mulierū
familiari-
tas fugi-
enda.
Reddita
um eccle-
siæ
la dispen-
satio.

Universidad de Deusto
 In ingreſſu
 ſu Simo.
 Intentio.
 Impedi-
 mentor.
 B.

Quarto, in his qui habent redditus Ecclesiasticos de mala eorum dispensatione.

De religiosis.

Primo, de ingressu, si per simoniam. Secundo, de intentione non bona, ut non laborandi, &c. quæ rectificari potest. Tertio, si reticuit impedimenta, ut infirmitates &c. Quarto, si habens votum Religionis arctioris, non habuit dispensationem ante ingressum laxioris. Quinto, si mentiendo, vel reticendo asperitatem, inducunt alios ad ingressum, vel auertunt à melioribus. Sexto, de non obseruata castitate, paupertate, vel obedientia superioris, aut constitutionum. Septimo, circa officium, si non fecit quod tenebatur. Octauo, de mala electione Prælati, vel inordinato affectu ad quamuis personam. Nono, si in uisitatione Prælatorum non reuelauit dicenda. Decimo, de ceremonis principalioribus, ut escarnium prohibito, &c. Vndecimo, si tempus otio, vel inutilibus operibus mundanis consumpsit. Duodecimo, de dissolutione, murmure, impatientia, negligentia in orando pro aliis, ac se præparando ad sacramenta, &c. Tertio decimo, de amore consanguineorum, & affectu

reticentia.
 Votum religionis arctioris.
 Alios ad religionem inducere vel ab ea retrahere.
 Circa vota.
 Circa officium.
 Prælati electio affectus.
 que inordinatus.
 Visitatio.
 Ceremonia.
 Temporis amissio.

affectu ad temporalia, & locutione de rebus secularibus. Quattodecimo, de dimisso habitu.

De Doctores.

Primo, si doctores, qui legunt medicinam, vel leges, admittant scienter Religiosos, vel sacerdotes, vel quoscumque in dignitate constitutos clericos, & qui legunt alias scientias, etiam Theologiam, si admittant religiosos, sine licentia suorum prælatorum, vel habitu dimisso. Secundo, si habens salarium vel beneficium sufficiens, exigit à discipulis, præcipue pauperibus, aliquid. Oblata potest accipere idoneus. Tertio, si magisterium requirit, vel recipit valde ignorans, vel alios admittit (& in theologis videtur mortale Antonino) vel querit gradus ad malos fines. Quarto, si docuit publice sacras scripturas ac Theologiam existens in mortali. Quinto, si scientiis prohibitis studuit, vel eas legit. Sexto, si non adhibuit diligentiam, ut discipuli proficerent in moribus & scientia. Septimo, si iuramenta vniuersitatis non impleuit. Octauo, de iactantia, detractione, inuidia aliorum professorum. Nono, si ab illis scholasticos ad se traxit, aut sectas nutriuit.

Dissolutio, murmur, &c. Confanguineorum affectus.
 Habitus dimissio.
 Qui nana ad lect. admittendi, & qui non.
 A discipulis nil recipiend.
 Aliquando Magisterium recipere, & alios admittere.
 Sacra scriptura in peccato mort. non explicanda, Scientiis prohibitis studere.



De scholasticis.

Discipulorum profectus curandus. Laetantia detractio &c. Obediencia. Rixae Magistri electio. Ieiuniorum omiffio. Veritatis oppugnatio. Superbia. Finis Negligentia. Libri obfceni vitandi. Cambium. Viura. Arma ad infideles portare. Lucrum ex mutuo.

Primo, si non obediunt Magistris, in quibus tenentur. Secundo, si rixantur inter se. Tertio, si Magistrum minus aptum elegerint ex causa iniusta. Quarto, de dimiffis ieiuniis, missa, sacramentis. Quinto, si contendunt contra veritatem. Sexto, si superbiunt ex scientia. Septimo, si malum finem intendunt. Octauo, si negligentes sunt in studio. Nono, si nimis intendunt libris turpibus.

De mercatoribus & artificibus.

Primo, de cambiis iniustis. Secundo, de variis vsurae palliatæ modis, vt si minoris emit propter anticipatam solutionem, vel plus iusto vendidit, propter expectationem temporis; vel emit agrum cum pacto de retrouendendo minoris medietate iusti pretii, vel certe minoris multo quam iustum sit, ita vt non sit ibi vera emptio & venditio: quæ si esset, iniustus esset, sed non vsurarius contractus. Tertio, si ad infideles ferrum vel arma portarunt, sine licentia Papæ: vel cum ea si in præiudicium Christianorum id cederit, licet tunc in excommunicationem non incidere.

Quar

Quarto, de monopolis, si conueniunt cum aliis ne vendant, nisi aliquo pretio maiori quam sit æquum. Quinto, si mutant sperando lucrum ex mutuo. Sexto, si fraudarunt vestigalia, & gabellas iustas. Septimo, si dederunt falsas monetas scienter, vel diminutas pro bonis. Octauo, si quis in societate cum aliis non fideliter se habuit, occultalucra sibi retinens. Nono, si emit res furatas, vel raptas. Decimo, si periuriis & mendaciis vsus est vendendo, & cetera. Vndecimo, si negotiatur diebus festis sine necessitate, emendo, vendendo, ratiocinia faciendo, nisi ad modicum tempus. Duodecimo, si mediator fuit malorum contractuum. Tertio decimo, si artem habet cuius opus est tantum ad peccatum, vt idola, tenetur dimittere: si fere ad peccatum, vt qui taxillos facit vel fucum, istos exhortari oportet, vt dimittant artem, & omnino iniungere, ne vendant iis quos sciunt male vsuros. Quartodecimo, de dolo in mensuris &c. Quintodecimo, si non ieiunauit, dum posset, moderando laborem.

De medico.

Primo, ante cognitam ægritudinem temere curando, vel dum tentat & explo-

Vestigalium defraudat. Monetarum falsitas. Societas. Emptio. Periurium & mendacia. Diebus festis non negotiandum. Malorum mediator, Artius opus considerandum. Dolo circa mensuras. Ieiunium.

Quibus modis

Universidad de Deusto

78 DIRECT. CONFESS.

ante cogitatum morbum peccet medicis. Quibus post cognitum, Salus corporis animæ salutis postea.

De carnalibus pueri caute interrogandi.

rat morbum adhibendo periculosa. Secundo, post cognitum morbum, temere etiam curando, dum negligit studere, aut visitare, aut consulere, aut mutare sententiam, vocando potius in dubium rectam curationem alterius. Tertio, si medicinam incertam in periculum vitæ experitur. Quarto, si consulunt quid facere contra salutem animæ, aut non movent, ut aduocent medicos animarum, cum opus est.

De pueris.

Primo, de mendaciis, periuriis, votis non impletis. Secundo, de omissione Missæ, & confessionis & communionis. Tertio, de irreuerentia Patris, vel Magistri. Quarto, de verbis turpibus, contumeliis, detractio- nibus, rixis. Sexto, de carnalibus a longe (ne discant qui incorrupti sunt) interrogentur, maxime puellæ.

DE PROPRIIS REME-

diis peccatorum.

PRimo, consideratio propriæ vilitatis, & defectuum animæ, & corporis, & exteriorum. Secundo, obseruare meliores se, & præcipue Christum, qui nos ad sui imita-

INTERROGATOR. 79

mitationem hortatur dicens: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, &c. Tertio, animaduertere superbiorum feruitatem, & ignominiam, qui a dignitate filiorum Dei decidunt, & fiunt dæmonis abiecta mancipia, qui rex est super omnes filios superbia. Quarto, versari cum humilibus ac modestis. Quinto, in vestitu, domo, atque, omnibus operationibus externis, quantum decorum status cuiusque fert, sese dimittere.

Matt. 23. Superborum misera conditio.

Contra vanam gloriam.

Primo, sua abscondere. Secundo, ad defectus proprios mentem reflectere. Tertio, honorem & laudem oblatam statim offerre Deo, auctori totius boni.

Contra auaritiâs.

Primo, efficacissimum remedium, omnia relinquere. Secundo, animaduertente magnis opibus non magis satiari animû, quam exiguis, ac proinde minuendam esse cupiditatem potius, quam diuitias cumulandas. Tertio, considerare omnia breui esse relinquenda, nisi quæ præmissa per manus pauperum fuerint. Quarto, cogitare quanta fuerit Christi paupertas, & sanctorum qui illum sunt imitati. Quinto, tur-

Animus exiguis potius quam magnis satiatur opibus. Que pauperi erogatur in calò præmittuntur.



80 DIRECT. CONFESS.

confidere Deo, qui passeruculos alit, & dicit: **Q**uerite primum regnum Dei, & iustitiis eius & cetera adiucentur vobis. Sexto, recedere a societate auarorum: & cum illis agere, qui temporalia negligunt. Septimo, mirari caelestes diuitias, & bona illa infinita, certa, iucundissima, & semper duratura.

Contra luxuriam.

Primo, fugere conspectum, & multo magis familiaritatem eam, quae ad libidinem inflammat. Secundo, recedere a conuictu illorum, qui suo exemplo ad libidinem excitant. Tertio, citum fugere, & honestis exercitiis semper vacare. Quarto, non nutrire corpus delicate, sed potius amare abstinentiam, maxime a vinis fortioribus, & cibis calidioribus. Quinto, repellere statim malas cogitationes, & sensus custodire. Sexto, dolorem aliquem voluntarium assumere, praesertim vigente carnis tentatione.

Contra iram propriam.

Primo, parare se ad verba & actus, quae solent ad iram incitare, patienter toleranda. Secundo, intelligere, patienti non nocere iniuriam, sed potius inferenti: & quantum iniuriarum pro nobis Christus passus sit,

Iniuria non patitur sed inferentem laedit.

INTERROGAT. 81

fit, cui referemus gratiam tantorum beneficiorum, si patienter iniuriam sustinebimus. Tertio, conuertat se ad aliud quippiam agendum, mentem diuertens ab iniuria. Quarto, saltem linguam & manus comprimat, & accensam iram in pectore extinguat.

Patentia gratias Christo referimus.

Contra iram alterius.

Primo, mollis sermo frangat iram, durus furorem suscitatur. Secundo, tace, vel desiste ab irati conspectu.

Prou. 15.

Contra inuidiam.

Primo, non amare terrena. Secundo, cogitare quam sit inutilis inuidia, quae tantum confert ad peccandum, & inuidi cruciatum. Tertio, quam sit inhonesta, cum vel sanguinem teneamur effundere pro nostris proximis, si res postulauerit. Quarto, id expendere; si alius careret bono quod tu illi inuides, non ideo tu melius haberes: si igitur inuidia nihil tibi conducit, nec ad temporalia, nec ad famam, nec ad virtutem, & animinum cruciat, & a Deo auerit, quare non illam abiicies? Quinto, cogita quicquid inueniat & accendit charitatem fraternam, &c.

Inuidia inuicilis inhonesta.



82. DIRECT. CONFES.

Contra odium proprium.

Primo, animaduertere Dei vindictam, qui non dimittit, nisi dimiserimus. Secundo, qui alium odit, sibi plus nocet quam illi, cum se in statu peccati mortalis constituat. Tertio, ignoscere tandem aliquando uehemus, si perire nolumus in sempiternum. Melius est ergo cito ignoscere, & periculum euadere, ne etiam tunc merito vita trahatur, & vt Christo in ea placeamus.

Contra odium alterius.

Primo, benefacere. Secundo, inferuire. Tertio, submittere sese.

Contra gulam.

Primo, remouere quæ possunt gulam irritare, qualis est ciborum suauitas, varietas & condimenta. Secundo, considerare bestiarum hanc esse voluptatem potius, quam hominum, quæ intellectum obfuscat, bona desideria extinguit, vitam reddit breuiorem: imò animalia bruta non plus indugent cibo, quam necessitas postulat. Tertio, præcedens deliberatio multum confect

Contra acediam.

Primo, crebra beneficiorum Dei recordatio quæ amore excitat. Secundo, vicinam mortem quæ bene operandi tempus aufert,

Ciborū
volu-
ptas, be-
stiarū est
potius
quam
hominū
Gulæ in
admo-
ditas.

Benefi-
ciorū re-
cordati-
one a-
mor ex-
citur.

REMED. PARTICVL. 83

aufert, meminisse. Tertio, poenarum & præmiorum cogitatio. Quarto, deditos otio fugere & sectati diligentes.

Remedia uniuersalia.

Primo, summum & vniuersale remediū ad omnia vitia extirpanda, & inferēdas virtutes est, frequens oratio cum fiducia. Secundo, frequens confessio, & quæ statim cum in aliquod lapsus fueris peccatum, fieri debeat. Tertio, frequens sumptio Eucharistiæ. Quarto, fugere improborum, & sectari bonorum societatem. Quinto, lectio piorum auctorum, & sacræ Scripturæ præcipuè. Sexto, meditatio passionis Christi. Septimo, considerare vitam sanctorum. Octauo, præsentiam diuinæ maiestatis & Angelorum. Nono, mortem certam. Decimo, iustitiam diuinam per exempla illorum, quos puniuit. Vndecimo, futurum iudicium. Duodecimo, poenam damnatorū. Decimotertio, gaudium & felicitatem Paradisi.

Quomodo his armis utendum ad vitia superanda.

Primo, ab effectibus, id est, peccatis inuestigare oportet radicem, vnde cetera vitia pullulant. Vnum enim aut

Radix
peccato-
rum præ-
cendenda



84 DIRECT. CONFESS.

alterum solet esse vitium duntaxat, precipuum in vnoquoque homine, quod reliquis generat, quo sublato, etiam illa quae ab eo oriebantur interibunt. Secundo, memoria tenere remedia contra illud, vt eum opus fuerit adhibeantur. Tertio, cum vno aut altero, peculiari diligentia pugnabis (est omnia in genere odio habeas, necesse est) donec illud abstuleris, aut ita debilitaueris, vt vel non repugnet, vel facile comprimatur.

Bonum propositum crebro renouandum

Certum victoriae signum.

Victus quisnam dicendus.

Contra hunc hostem crebro renouandum est propositum, acuenda ira in illum, propriisque armis cum eo pugnandum est: adhibenda sunt etiam remedia communia, & circa id examen, conscientiae quotidiana versetur. Nam si hodie vnum aggressiarius, crastino die alterum, nullum tandem superabis. Quarto, necessaria est animi magnitudo, ad ineundum certamen, & victoriam sperandam, licet ad dua & operosa futura sit. Certum victoriae signum est, victoriam magnanimiter sperare. Quinto, perseuerantia in certo opus est, nec despondere animum oportet, licet milies cadas: surge ergo & pugna. Victus est ille solum, qui armis & voluntate pugnandi abiectis, se aduersario turpiter dedit. Et licet profectu

etuo

DE RESTITVTIONE 85

ctus aliquam diu minime cernatur, no ideo nihil profecisti. Nam vt horologii vmbra progressam videmus, progredientem non cernimus: & segetes creuisse apparet, non apparet crescere: ita virtutem crescentem, quoniam minutis constat autibus, non facile videas, sed tandem longiori intervallo creuisse videas: sed & labor ille pugnandi, humilitas, & patientia, iustitiam non exiguus est profectus.

Appositissimum simile dicitur.

DE RESTITVTIONE.



INTER ea, quorum confessio necessaria est cognitio, vel in primis Restitutio est: per quam satis fit prore ablata, vel damno vel injuria. Est autem conscientibus necessaria, quia sicut accipere alienum, ita & tenere inuito Domino mortale est. Quae sunt obseruanda circa restitutionem, his duobus versibus annotantur.

Quis, cui, quid, quantum, vel ubi, quo tempore, quove

Ordine restitutus: scipie lector habe.

Prius tamen intelligendum est, cum loquimur de restitutione rei alienae acceptae,

Restitutionis cognitio tum confessario, tum penitenti necessaria. Quae circa restitutionem obseruanda.

Acceptiois nomina.

F 3



dupli-
ter capi-
piendū.

tam de acceptione iniustæ, vt ex rapina, &c. quam de retentione non iusta, vt ex mutuo (quæ breuitatis gratia sub acceptionis nomine comprehenditur) nos loqui.

Quid debeat restituere.

Accep-
tio in-
iusta.

Tenetur restituere, quicumque fuit causa iniustæ acceptionis & si multi fuerunt causa omnes tenentur. Decem autem modis, iniustæ acceptionis causa esse quis potest, qui his verbis continentur.

Restituat capiens aliena, eiusque minister, iussio, consilium, consensus, lausque, comesque, Qui recipit, mutus, non obstitans, nō manifestans.

Capiens
per se, &
eius mi-
nister.

Primus ergo est, qui per se exequitur, siue proprio motu & lucro: siue alieno vt minister usurarii, qui contractus facit ex auctoritate Domini delegata, & vulnerans

Iubens.

ex Domini sui mandato. Secundus est, iubens, qui tenetur, quando ex sua iussione sequuta est actio iniusta: At ratum habens quod ipse nomine factū est, impedit restitu-

Consu-
lens.
Consen-
sions.

tionem. Tertius est, consulens efficaciter: ita vt ex consilio tali moueatur qui ad perpetrandum actionem iniustam, si effectus securus fuerit. Quartus est, consentiēs sine cuius cōsensu nō sequeretur actus: se-

cus

cus si sine tali cōsensu fuisset securus. Quintus est, adulator, quando ex laudatione & adulatione, tanquam ex causa vel concussa sequitur effectus. Sextus est, particeps malæ actionis, vt comes, mediator, vel qui alteri in crimine participat quando est cōcausa iniustæ acceptionis. Septimus est, receptor talium. Est enim causa maleficii, præbendo eis securitatem, & custodiā prædæ: vnde fures animosus & securus furatur. Secus si non receperit, tales vt furantur. Octauus est, mutus, id est, qui potest & debet loqui, reprehendendo, mandando, & huiusmodi, & non facit. Nonus, non obstitans, id est, non impediens actionem iniustam, quam potest, & debet impedire: sicut quibus incumbit ex officio. Decimus, non manifestans inuaforem malæ actionis, quando potest & tenetur; vt testis in iudicio vocatus, & custodes vinearum, & huiusmodi, qui tenentur ad damna, quæ proximis patitur ex defectu manifestationis, quatenus non manifestare causa fuit damni. Et quod in his tribus casibus dicitur, qui potest, & debet, intelligunt aliqui Doctores obligationem restitutionis solum de his, quibus ex officio incumbit.

Adula-
tor.

Parti-
iceps.

Recepta
tor.

Mutus.

Non ob-
stitans.

Non ma-
nifestans.

Nota.

Quantum
quilibet
ex supra-
dictis re-
stituere
debetur

Quilibet ex supradictis, quando sequen-
tam est damnum, tenetur in solidum resti-
tuere id, cuius fuit causa vel concausa, siue
si pars, siue totum. Si vero alii restituerint
pro parte sua, tenetur tantum pro reliquo
satisfacere damnum perpetuo. Quod si qui
principales fuerunt in damno dando, cetero-
rosque induxerunt, totum restituisent, reli-
qui ad nullam restitutionem tenerentur.

Cui debet fieri restitutio.

Quid, cū Distinctione opus est. Si restitutio fit ex
Domi- sola re aliena, quæ apud aliquem reperitur,
aus rei communiter restitui debet ei, cui debetur,
fitur, fa- (si sciatur) scilicet domino rei, siue sit Eccle-
ciendū. siasticus, siue laicus. Sed si esset prælaicus dis-
cipulator honorum Ecclesiæ, debet et Ecclesiæ
Nota. restitui, habito (si fieri potest) superioris
consensu.

Quid, cū Si nescitur Dominus rei, vel ad ipsam
nescitur, non potest esse accessus, vel non sine peri-
vel, &c. culo & scandalo, restituitur Christo omnium
Domino, dando pauperibus: postquam ex-
pectatum fuerit quantum satis sit, si spei a-
batur fieri posse, ut Domino restituantur.

Quid, cū Si restitutio fit ex iniusta acceptione,
acceptio quando etiam datio est prohibita (ut cum
ordi-

ordinis sacri administrator recipit pecu-
niam, &c.) restitutio non fit danti, sed ei in
cuius iniuriam pecunia data est, siue sit Ec-
clesia, siue homo aliquis, vel certe Christo
omnium hæredi.

Si ex sola acceptione iniusta oritur ob-
ligatio restitutionis, nec datio iniusta fuit,
ut in usura, debet restitui damnificato, ita
ut concurrant ista duo simul, iniusta ac-
ceptio, & damnum, quod sequatur ex iniusta
acceptione. Vnde qui pignus furatur a mer-
catore, eidem mercatori debet restituere:

posset tamen in foro conscientie Domino
pignoris restituere, dummodo mercator
damnum non patiat. Similiter si rem fu-
ratam quis furatur, Domino restituat, sed
fur intelligat se non teneri ad restituendum
amplius.

Si persona, cui fieri debet restitutio, est
mortua, dabitur hæredibus: si ignoratur,
facta inquisitione debita, dabitur Christo
in suis pauperibus. Si distat, & facilliter ac-
fideliter ad eum mitti possit, si res est ma-
gni valoris, debet ad Dominum mitti, ex-
pensis & damno detinentis iniuste: Si non
potest transmitti, & res est parui valoris,
posset dari eius propinquis, vel pauperi

vel datio
est iniu-
sta.

Quid, cū
acceptio
est iniu-
sta, & da-
tio iusta.

Nota.

Cui resti-
tuendum
cū quis
rem fu-
ratam
furtipie.
Quid fa-
ciendū
cum per-
sona, cui
debet re-
stitui, est
mortua.
Quid cū
distat.



Quid est a loco recessu vsu rarius.

Vel qui vsuras accēperunt
Quando licet illi cuius res est nō restituere.
Quid faciendum eū causa acceptio nis est prohibita, non autem acceptio.
Bona incerta quo modo restituēda.
Inuenta quæ dominum non habent.

cenobio, a birtio boni viri, cum pacto, vt veniente Domino eidem restituatur, si res seruari possit. Si vsurarius iis qui a loco vsuræ recesserunt, velit restituere vsuras, expensis ipsorum potest mittere: si ipsemet vsurarius recessit luis mitter expensis.

Non semper res debet restitui illi, cuius est vel a quo accepta est, quando scilicet ei est damnosa, vt ensis furioso, &c. sed potest is seruari heredibus.

Si prohibetur causa tantum, non acceptio, vt in turpili lucro meretricio, &c. non necesse est restituere, nisi interuenerit fraus vel illicita extorsio, vel acceptum est ab eo, qui alienare non potest: debet tamen consulti illis, vt denr pauperibus: similiter de acquisitis per ludum.

Bona incerta restitutioni obnoxia, quando non potest inueniri Dominus facta diligenti inquisitione, dentur pauperibus, a birtio illius qui habet, vel confessoris.

Inuenta, quæ nunquam habuerunt Dominum, vel cuius non extat memoria, vel qui non curat de iis, sunt inuenientis. Si habuerunt, vel habent Dominum, restituenta sunt Domino rei. Si facta diligenti

ligenti inquisitione non inuenitur Dominus, possunt dari pauperibus, vel retineri ab inueniente paupere, de licentia confessoris.

Inuenta quæ habent dominum. De thesauro inuenio quid faciendum

De thesauro cuius Dominus nescitur, si inuenitur in proprio fundo totus est inuentoris: si in alieno inuenitur casu medietas vna erit Domini fundi, altera inuentoris, secundum Thomam. Si studiose quærendo inuenitur, cum licentia Domini donantis, quia non vult ipse quærere, totus est inuentoris. Si quærat contra vel præter voluntatem Domini, totus erit Domini. Si sciendo thesaurum esse in fundo, emitur fundus, videtur totus thesaurus esse ementis. Consuetudo autem, qua thesauri inuenti principibus referuntur, non obligat in conscientia, iuxta Doctorum quorundam sententias. Si tamen alicuius biler, aut consuetudo rationi consona aliud suaderet, eius esset habenda ratio.

Nota

Quid reddendum.

Reddendæ sunt res, & damna. Si res existat, ipsa restituatur, nisi periculum Res cum extat ipsa

scandali vel aliud timeretur; tunc enim ad arbitrium boni viri reddetur æquiualens. Si res non exrat, vel facta est deterior, æquiualens reddatur.

Quicumque habet rem alienam, tenetur illi restituere, cuius est, siue habeat bona fide siue non. Quod si habuit bona fide, vt si emit equum, credens esse vendentis, qui tamen non erat, si iam vendidit, tenetur restituere, id quo factus locupletior ex tali re, & non plus. Si donati accepisset, & vendidisset, totum pretium deberet restituere. Si vero habet apud se, tenetur restituere; etiam non habito precio ab eo, cuius res est, habet tamen actionem contra venditorem rei alienæ. Quod si mala fide emit rem alienam, cupiditate lucri tenetur restituere rem illam si habet, vel æquiualens, si non habet, & lucrum quod ex ea acq. uisuit: & licet furtiue auferatur ab eo, non liberatur à restitutione. Quod si accepit rem, quam scit esse alienam non gratia lucri, sed agens fideliter negotium Domini, ne res pereat, potest à spoliato repetere, quicquid expendit. Quod si Dominus non inuenitur, dabit pauperibus, quod remanebat supra precium & expensas.

Nota.

Res aliena in domino gratiam accipit quomodo restituenda.

Nota.

Impe-

Impediens aliquem à consecutione cuiuscumque boni licite, ad nihil tenetur. Si iniuste impediuit eum qui erat consecutus, tenetur ad æquale: si prope erat vt assequeretur, tenetur ad arbitrium boni hominis. Sic etiam impediens aliquem ab officio quod iuste exequitur, vt rusticum ab opere, & huiusmodi, nisi secundum rationem faciat, tenetur restituere, ad arbitrium boni hominis.

Impedientes creditorem modo illicito, ne possit exigere à debitore, vt liberando eum à carcere, vel alio modo iniusto, & in genere damnum alteri iniuste inferens, maxime data opera, tenetur, (si damnum est certum) ad omnia; si incertum, ad arbitrium boni hominis. Si res aliena pereat in manu illius qui est in culpa ne reddatur Domino, si æqualiter apud Dominum erat peritura, non tenetur de damno: secus si non erat peritura, vel ante Dominus eam erat venditurus, aut in suam utilitatem distracturus.

Cedens bonis propter inopiam, si uenerit ad pinguiorem fortunam, tenetur in conscientia restituere, quod debet. In damnis vitæ, membrorum, sanitatis,

Impediens aliquem à consecutione alicuius boni, vel ab officio quomodo restituen.

Impediens creditorem debetum exigat, quomodo, &c. Quomodo restituenda, cum res aliena perit in manu illius, qui est in culpa, &c.

Cedens bonis an teneatur restituere.



In dānis
vix, mē
brorum
&c. quo
restitu
endum.
Virginē
dehorās
ad quid
teneatur

Nota.

24 DIRECT. CONFESS.

libertatis, honoris, famæ, virium, fructuum, damni emergentis, lucri cessantis, & huiusmodi, pro damnis restitutio fiet, ut optimè poterit, ad arbitrium boni hominis.

Qui virginem seducendo, aut per vim deflorauit, eam ducere in vxorem tenetur, vel arbitrio boni viri ei satisfacere. Quod si promisit se eam ducturum, tenetur ducere, nisi magnum inde scandalum vel notabilis infamia sequeretur. Quod si vel ipsa nubere, vel pater eam tradere nolle, tenebitur arbitrio boni viri satisfacere. Si autem volentem deflorasset, non tenetur satisfacere; minus etiam in vxorem ducere.

Quantum debet restitui.

Quantitatis rei certitudo vel incertitudo restitucionis quantitates variant.

SI quantitas rei vel damni sit certa, tandem restituatur: si incerta, ut in iuriis &c. quantum bonus & prudens homo iudicabit, consideratis circumstantiis singularibus, rei, temporis, loci, & personæ, & huiusmodi.

Possessor bonæ fidei, si antequam currat præscriptio, aduertit rem quam possidet

DE RESTITVTIONE. 25

det, non esse suam; in conscientia tenetur restituere rem integram, & fructus, in quibus est factus ditor; nisi hos possidet bona fide tribus annis; sicut etiam tenetur restituere rem ipsam & damnat, & fructus perceptos tempore malæ fidei; deductis expensis factis gratia colligendorum, & quærendorum, & conseruandorum fructuum. Eadem ratio est de eo, qui non soluit legatum per multos annos; tenetur enim fructus etiam perceptos restituere.

Quantū
posse
sorbonē
fidei re
stituet, si
aduertit
&c.
Quantū
posse
sor ma
læ fidei;

Vbi restitutio fieri debeat.

Restitutio est necessaria, propter rem alienam, quam quis habet bona fidei, fieri debet in loco vbi res habetur.

Bonæ fidei possessor vbi restituit. Vbi possessor malæ fidei.

Si necessaria est restitutio ex iniusta acceptione, restituatur vbi Dominus rei seruatur indemnis: & si quis grauandus est, occupator grauetur, qui semper fuit in mora.

De tempore restitutionis.

Tenetur quidem statim restituere, qui debet: includitur enim præce-

Statim restituendum.



prum negantium, scilicet non tenere alienum. Tamen illud statim, sic intellige, ut sit paratus animo ad restituendum, quam cito commodè poterit: quantum vero ad executionem, debet restituere congruo tempore, servatis debitis circumstantiis.

Quæ excusant ad restitutionem statim. Sex consideranda. Extrema necessitas.

Status iudicio.

Damnū corporis vel animæ Contra bonum commune.

Tria vero possunt excusare à restitutione statim facienda. Primo, voluntas Domini concedentis dilationem. Secundo, ignorantia rationabilis iuris vel facti. Tertio, impotentia; de qua sex conclusionibus continetur doctorum sententia. Prima est, quod existens quis in extrema necessitate, non habens nisi necessaria vitæ suæ & suorum, non tenetur restituere statim: quia omnia sunt communia tunc temporis. Secunda est, qui restituendo non posset vivere, secundum decentiam sui status, etiam si Dominus rei, qui non est in tali, vel maiori necessitate, nolit dilationem dare, non tenetur statim restituere; debet tamen cavere, ne expensas faciat non necessarias, alioqui non excusaretur secundum rationem. Tertia est, quando restitutio est in damnum corporis, vel animæ Domini, si statim fiat, non debet fieri statim. Quarta, si idem redun-

det in damnum, vel sit contra bonum commune. Quinta si probabiliter futurum est in damnum famæ, vel vitæ, vel animæ ipsius restituentis; vel si ex hoc imminet periculum de aliquo peccato mortali, non debet fieri, nisi cessante tali periculo; quia hæc maiora sunt damna, quam statim non restituere. Sexta, si restituere statim, redundat in paruum commodum creditoris, & in magnum damnum debitoris: ut si opus esset artifici debitori, vendere instrumenta artis ex qua vivit ad restitutionem non tenetur: quia secundum rationem debet ei dari dilatio. Secus esset si creditor esset in simili casu, quia nemo ut se commodet, alium debet incommodare: Quod si damnum non esset de propriis, sed potius quia careret lucro magno, non excusatur a statim restituendo. Nota etiam, quod si damnosa esset dilatio creditoris, nec statim restituere, ut evitaretur huiusmodi magnum incommodum in propriis, saltem ille in demnis servari deberet.

Nota præterea, quod confessarii non debent huiusmodi poenitentes absolvere, antequam in effectu restituant, si im-

bonum commune. Damnū famæ, animæ vel corporis vtriusque Paruum commodū creditoris, & magnū damnū debitoris.

Nota.

Nota.

Nota bene.

aliis confessionibus absoluti, neglexerunt restituere.

Quod si debitor non potest habere dilationem a creditore, qui non est in necessitate, & ipse debitor potest restituere, tunc sine magna incommoditate, tamen non vult, sed paratus est postea restituere, quia credit se non bene posse tunc, potest absolui, si promittat intra certum tempus restituere: quod si potest, & ipse in conscientia scit se tunc posse, & non vult, nullo modo est absolendus: quia contritum non esse satis apparet.

De ordine & modo in satisfactionibus tenendo.

Certa

prius restituenda.

Quando pauperibus.

Quae in propria specie primo sunt restitueda.

QVI potest omnibus restituere, non necesse habet ordinem seruare: sed omnibus statim (vt dictum est) restituere. Si omnibus non potest, prius certa quam incerta restituantur: nisi incertum huiusmodi esset, vt certum sit, quod nunquam fuit creditorum, vt calix huiusmodi enim sine iniuria creditorum pauperibus dari possunt. Inter bona certa, prius restituenda sunt, quae in propria specie extant, & sunt alterius: vt deposita, & c.

& etiam empta non soluta. Post huiusmodi restitutionem, seruanda sunt statuta, & quod disponit ius ciuile, si non sit contra naturale: & si variae sint opiniones, securior est eligenda.

Vsurarius si non habet tot bona, vt possit satisfacere aliis debitis licite contractis, & usuris; prius debet satisfacere debitis licite contractis; si tamen adsint duae conditiones: prima, vt non extent in specie propria res usurariae, vt pignora (ea enim debent reddi Dominis reddentibus pecuniam) altera, si ex huiusmodi contractibus licitis non fuit factus pauperior, adfoluendas priores usuras, vt in promissione dotis accideret, pauperior enim tenderetur, &c.

Si bona incerta sunt, secundum consilium confessarii possunt restitui: qui si viderit in magna miseria debitorem, poterit dispensare, vt sibi retineat, vt pauper Christi; si tamen hoc expedire iudicabit. Si enim crederetur liberior futurus propter hoc ad furtum, non expediret cum eo haec vti misericordia.

Oculca caute restitui oportet, ne laeda.

G 2

Quid faciat usurarius in restituenda.

Nota.

Bona incerta quomodo restituenda.

In oculis restituenda.



fama: tur fama: sed publicæ vsuræ publice sunt restituenda; magis enim recuperatur fama per restitutionem.

Si quis alium via iuris diffamavit iuste, non debet restituere: si iniuste, & falso, restituatur dicendo se falsum dixisse, vel tacuisse verum: si iniuste, sed non falso (vt qui reuelauit peccatum verum) dicendo se iniuste diffamasse aliquem, & male fecisse talia dicendo. Sed caueat ne mentiat, & attendat, quomodo dicat; ne forte dum restituit, magis infamet: tum enim non debet restituere, nec quando sequitur maioris mali periculum, quam sit bonum famæ consequuturum. Si fama non potest restitui, aliter debet recompensari, & satisfieri de damno secuto ex infamatione, ad boni hominis arbitrium. Eodem modo de libellis diffamatoriis: & ibi debet fieri restitutio, vbi facta est infamatio publicæ, vel secretæ. Aduertendum est etiam, quod quando infamatoria verba dicta sunt illi, qui poterat prodesse, vel secundum ordinem iuris, vel correptionis fraternæ, vel quando talia non sunt vere diffamatoria, vt sunt venialia, vel possunt in vtramque partem interpretari, vel non affir-

Cum fama restitui non potest. quid a. gendum De libellis diffamatoriis

Nota.

affirmatiue dixit, vel quæ alia via publica sunt, non necesse est communiter restitutionem famæ facere. Hæc de restitutione ex bonis authoribus collecta sufficiat: iam de censuris ecclesiasticis quædam subiiciuntur.

De excommunicatione.

Proposito tri-
mébris.

PRius de quibusdam agetur, quæ faciunt ad cognitionem excommunicationis.

Deinde de peccatis excommunicatorum. Demum de casibus excommunicationis, ad singulos descendendo.

Excom-
municatio dupl.
Minor.

Excommunicatio duplex est; minor, & maior. Minor, exclusio est a participatione sacramentorum, & ab electione passiva; quia inhabilem facit ad quod maior. cumque beneficium Ecclesiasticum, &c.

Excommunicatio maior separatio est a communionem Ecclesiæ quo ad fructum, id est sacramenta, suffragia generalia, & participationem spiritualium.

Vt, quis
excom-
municacionem
incurrat,
actio cõ-
summa-
ta requi-
ritur.

Aduertendum est tamen, quod nisi consummata sit actio, propter quam quis excommunicatur (licet sit incepta) & nisi sit agens ille ipse qui elicit actionem



Nota
Excomunicatio non fulminatur nisi propter mortale.

Maioris excommunicationis effectus.

(quamvis impetret) non est excommunicatus; nisi etiam excommunicarentur dantes consilium, fauorem, &c. & tunc nisi consequatur talis effectus, non subiaceat excommunicationi. Præterea cum excommunicatio non feratur, nisi propter peccatum mortale; qui ea est conscientia, ut merito sibi persuadeat, quod non peccauit mortaliter, numquam incurret excommunicationem a iure, quæ sententia iuris non est iniusta. Effectus excommunicationis maioris (ut paulo distictius explicentur) sunt:

Primo, priuari fructu & participatione diuinorum: qualia sunt sacramenta, & interesse officiis Diuinis, etsi non publice sint excommunicati. Non tamen excluduntur ab ingressu Ecclesiæ, nec ab audiendo verbo Dei. Secundo, priuantur participatione bonorum operum Ecclesiæ, & orationum. Tertio, excluduntur a regno celorum, si iusta est excommunicatio; vel etiam si iniusta, & male contemnitur. Quarto, excluduntur ab actu ordinis cuiuscumque: vnde qui exequitur, sit irregularis. Quinto, excluduntur a beneficiis Ecclesiasticis, qua

nec

nec acquirere, nec aliis conferre possunt, nec de habitis fructus percipere, quamdiu sunt in mora petendæ abolitionis: & qui annum perseueraret integrum, suspectum hæresis se redderet. Sexto, excluduntur ab ingressu Religionis, nisi prius absoluantur. Septimo, ab electione Canonica, actiue, & passiuè: quod extenditur etiam ad dignitatem laicam, ut imperium, & Regnum. Octauo, excluduntur ab executione officiorum, & vsu iurisdictionis. Nono, etiam a spiritali potestate excluduntur, ut non possint ordinari, nec ordinare, nisi secreti sint & tolerati: quod etiam in octauo effectu & septimo intellige, quod ad actiuam electionem attinet. Decimo, ab omni actu legitimo: ut procurare instrumenta facere, & ab aliis actibus, in quibus homines communicant, ut cohabitare, &c. Undecimo, a sepultura in loco sacro.

Excommunicatio ab homine lata, licet iniusta, timenda est, & quærenda absolutio, dum non sit nulla: & qui contemneret, mortaliter peccaret. Si autem nulla est, & non seruando illam, non sequitur scandalum, nec timenda est, nec

Excommunicatio licet iniusta, timenda.



Excommunicat. nulla secunda a-
dignando propter scan-
dalum.

feruanda: debet autem casus constare, ex quo sententia sit nulla, vt non timeatur; videlicet quod lata sit a non habente auctoritatem, &c.

In excommunicatione a iure, vel ab homine, non est lata sententia, sed comminatio, cum dicitur, sub pena excommunicationis, &c. Cognoscitur quod sit lata, si sit per verbum prateriti temporis, vt tum dicitur, Sit excommunicatus. Aliqua etiam verba prateritis æquivalent, vt declaratoria, cum dicitur, decernimus excommunicationi subiaccere, & est lata sententia. Quod si verba sunt dispositiua, & sonant in futurum (vt, excommunicentur) non est lata, nisi addatur ipso facto, vel quid aliud, vnde appareat, quod sententia sit lata.

Excommunicatus minori excommunicatione.
Excommunicatus maiori excommunicatione.

De peccatis excommunicatorum.

Excommunicatus minori excommunicatione peccat si se immisceat participationi sacramentorum actiue, vel passiuè.

Excommunicatus maiori excommunicatione, peccat primo & mortaliter, immiscendo se sacramentis, & diuinis officijs

officijs. Secundo peccat, si communicat cum alijs in actibus Ecclesiasticis: de quibus supra, cum de affectibus diceretur. Tertio, peccat, immiscendo se actibus humanis. Et communiter prohibita, hoc versu significari solent,

Os, orare, vale, communico, mensa, negetur.

Per Os, intellige colloquia, literas, nuntios, munera, oscula amicitia, &c.

Per Orare, intellige sacramenta, orationes publicas, & omnia spiritualia.

Per Vale, salutationem consuetam, verbo vel scripto.

Per communionem, cohabitare, vel aliquid exercitium commune habere cum excommunicato. Non ita sicohabitet, sed pro diuerso negotio. Possunt & actus aliqui hic excludi, vt electionis, officij, sic de alijs.

Per mensam, simul comedere, & dormire. Tamen huiusmodi peccata, mortalia censerì non debent, si absint contemptus.

De peccatis, que ab excommunicatione redundant in alios.

Primo, participare cum excommunicatis in Diuinis. Secundo, admittere ad sepulturam Ecclesiasticam: quod de excommu-

Os.

Orate.

Vale.

Communio.

Mensa.



In communicacione cu exco-
municatis si abfit con-
temptus, peccatur veniali-
ter tantum.
nificacione publica intellige. Tertio, partici-
pare in crimine damnato, vel propter quod
quis excommunicatus est, & incurrit exco-
municacionem. Quarto, communicare in
humanis actibus prohibitis. Qui tam e parti-
cipant non in contemptum, nec credendo,
ex tali communione venturam esse sententi-
am in contemptum, nec contra precepto-
riam prohibitionem superioris factam, pec-
cant quidem, sed venialiter.

Casus in quibus potest exco-
municatis partici-
pare.
Casus liciti in communicando extra di-
uina cum excommunicatis, hoc versu conti-
nentur,

- Vtile, lex, humile, resignorata, necesse.
- Vtile, utrique parti intelligatur.
- Lex, ad matrimonium pertinet.
- Humile, ad teruos, filios non emancipa-
tos, aut commentales, famulos, &c.

Resignorata, ad ignorantiam facti & iur-
ris extenditur.

Necesse, ad violentiam & indigentiam
corporalem, & sustentationem ipsius ex-
communicati. Intelligitur etiam necessitas
damni vitandi & spiritualis consilii, metus
etiam cadens in virum constantem.

De casibus excommunicationis.

Excommunicatio minor incurritur, parti-
cipati

icipando cum excommunicato publice &
nominatim, vel ob notoriam iniectionem
manus violentie in clericum: & ab ea quibus
constatarius potest absouere.

De casibus excommunicationis maio-
ris, breuiter dicitur in duas partes diuiden-
do, scilicet in eos qui reservantur in Bulla
Cena Domini, & in alios omnes vicinque
reservatos.

Reseruata in bulla Cena
Domini.

Primus casus est, in omnes & singulos
hereticos, & eorum credentes ipsorumque; re-
ceptatores, & fautores: & generaliter quos-
libet defensores, ac eorum libros, scienter
quomodolibet defendentes.

Necnon schismaticos: & eos qui se à Ro-
mani Pontificis obedientia pertinaciter sub-
trahere, seu quomodolibet recedere præsu-
munt.

Secundus, in appellantes à Romano Pon-
tifici ad vniuersale futurum Concilium.
Necnon in eos, qui auxilium vel fauorem
ad hoc ipsis præstiterint.

Tertius, in Piratas, ac receptatores eorum,
& eis auxilium scienter dantes, vel fauorem.
Et in rapientes bona naufragantium.

Minor
excom-
mu-qui-
bus cas-
bus in-
curratur
Cas. qui-
bus ma-
ior excō-
mun. in-
curritur.

Ex bulla
Gregorii
XIII. an-
ni 1572.
1. In he-
retic. &
fautores
eor. nec-
nō schif-
maticos.
2. In ap-
pellantes
à Papa ad
futurum
Conciliū
3. In Pira-
tas, & ca-
pientes
bona
naufraga-
antium

4. In imponētes noua pedāgia.

5. In falsificatores literarū Apost.

6. In deferentes prohibita in fide lib. &c.

7. In impediētes ne vidu alia ad vrbem deferantur.

8. In offendentes eos qui Romam veniunt vel ibi commorantur.

Quartus, in imponentes noua pedāgia, seu gabellas, & in augentes imposita, prohibitaque exigentes.

Quintus, in falsificatores literarum & supplicationum Apostolicarum, & mactes supplicationes huiusmodi signatas, & datas, vel nomine Pontificis aut Vicecancellarii, aut Datarii eas signare præsumentes, sine Pontificis vel Datarii licentia.

Sextus, in eos, qui equos, arma, quæuis metallorum genera, atque bellica instrumenta, ligna, naves, & materiam eorum, & alia prohibita deferunt inimicis nominis CHRISTI, quibus Christianos impugnant, & in eos, qui de rebus Reip. Christianæ statum concernentibus in Christianorum damnum, inimicos religionis per se, vel per alios certiores faciunt, illisque consilium præstant.

Septimus, in impediētes, seu inuadentes eos, qui victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curie necessaria, adducunt: ac etiam eos, qui talia fieri faciunt, vel defendunt.

Octauus, in illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem capiunt, spoliant, detinent morantes in eadem: aut verberare, mutilare, vel interficere præsumunt,

sumunt, vel qui talia fieri mandant.

Nonus, in mutilantes, vulnerantes, interficientes, capientes, detinentes, seu depradantes Romipetas, seu peregrinos ad Urbem causa deuotionis seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel recedentes ab ipsa: & illis dantes auxilium, consilium vel fauorem.

Decimus, in interficientes, vulnerantes, mutilantes, verberantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiscopos, Sedisque Apostolicæ Legatos vel nuncios, aut eosdem eicientes à suis diocesis, territoriis, terris, seu dominiis: & que mandantes, vel rata habentes, seu præstantes eis auxilium, consilium vel fauorem.

Vndecimus, in illos, qui per se vel alium quascunque personas ad dictam Curiam super eorum negotiis recurrentes, illaque prosequentes aut procurantes, Negotio: umque gestores, Aduocatos, Procuratores ipsorum, siue etiam Auditores vel iudices, super dictis negotiis deputatos, verberant, mutilant, vel occidunt, seu bonis spoliant: Vel qui per se, vel alium, prædicta exqui,

9. In offendentes peregrinos, qui Romam petunt &c.

10. In iniicientes manus

11. In offēdas in cardinal. vel prælatos vel nuncios R. Ecclesie.

12. In eos qui causant in Curia pendentium cursum, & literat Apost.

13. In executionem impediunt & personas easdem causas prosequentes ostendunt



MO DIRECT. CONFESS.

vel procurare, aut in eisdem consilium, auxilium vel fauorem præstare non verentur. Ac illos qui literas Apostolicas, & in forma Breuis, ac etiam citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, processus executoriales, aliaque decreta quæcunque a Pontifice, vel Legatis, Nunciis, Præsidentibus, Camera Apostolicæ Auditoribus, & Commissariis, aliisque iudicibus, & delegatis Apostolicis emanata, & quæ pro tempore emanauerint, simpliciter, vel sine eorum beneplacito, consensu vel examine, executioni demandari: aut ne Tabelliones & notarij, super huiusmodi literarum & processuum executione, instrumenta vel acta conficere, aut confecta parti, cuius interest, tradere debeant, impediunt vel prohibent, aut impediri vel prohiberi procurant: ac Notarios, Executores & subexecutores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, carcerant & retinent, vel capi, carcerari & detineri faciunt: Quinetiam quibusdam personis, in genere, vel in specie, ne pro quibusuis eorum negotiis prosequendis, seu gratis vel literis impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel literas

a di-

DE EXCOMMVNIC. 121

a dicta Sede impetrēt, seu impetratis vranur, directe vel indirecte prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut notarium, seu Tabellionem, vel alias quomodolibet retinere præsumunt.

Duodecimus, in Cancellarios, Vicecancellarios, & Consiliarios quorumcumque Regum & Principum, ac Præsidentes Cancelliarum, Consiliorum, & Parlamentorum, necnon procuratores generales eorundem, vel aliorum principum sæcularium, aliosque iudices, tam ordinarios, quam delegatos, necnon Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Cõmendarios, Vicarios & Officiales qui per se, vel alium, beneficia & decimarum, ac alias spirituales & spiritualibus annexis causis ab Auditoribus & Commissariis Pontificis, aliisque Iudicibus Ecclesiasticis auocant, illarumve cursum & audientiam, ac personas, causas ipsas persequi volentes, impediunt, & se de illarum agnitione, tamquam Iudices interponunt, vel alias executionem literarum Apostolicarum, vel executorialium processuum, ac decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium aut assensum præstant.

12. In officiales & prelatos, qui spirituales causas in Iudicio Apost. auocāt, & executio nē litterar. & mandator. Apostolicor. impediunt.



13. In eos qui personas ecclesiasticas ad eorum tribunal trahunt, & qui statuta contra libertatem ecclesie faciunt.
 14. in impediētes iudiciū ecclesie iurisdic-
 15. In eos qui iuris di. & fructus ecclesie usurpāt, & decimas, &c. ecclesiasticas imponunt, aut exigunt, ac assensum, auxilium vel consilium præstāt.

112 DIRECT. CONFESS.

Decimus tertius, In eos qui personas Ecclesiasticas trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directe vel indirecte. Necnon qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quævis alia decreta quomodo libet fecerint, ordinauerint & publicauerint, vel factis & ordinatis vsi fuerint, vnde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quouis modo restringitur seu Pontificis & dicte Sedis iuribus quomodolibet præiudicatur.

Decimus quartus, In eos qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque superiores vel inferiores Prælatos, & omnes alios quoscunque Iudices Ecclesie, ordinarios quomodolibet impediunt, quominus sua iurisdictione Ecclesiastica vtantur.

Decimus quintus, In eos qui iurisdictiones, seu fructus & redditus ad ecclesiasticas personas, ratione Ecclesiarum &c. pertinetes usurpant, vel sequestrant: aut collectas & alia onera personis Ecclesiasticis, ac eorum bonis, absq; Romani Pontificis speciali & expressa licentia imponunt, exigunt, aut imposta etiã a sponte dantibus & concedentibus recipiunt. Necnō qui prædicta facere, exequi

DE EXCOMMUNICAT. 113

exequi vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem, aut vorum, seu suffragiam præstant.

Decimus sextus, In quoscunque laicos quoquomodo se interponentes in causis capitalibus seu criminalibus, contra personas Ecclesiasticas, illas capiēdo, processando, seu sententias contra illos proferendo, vel exequendo, etiã prætextu quorumcunque privilegiorum à Sede Apostolica ex quibusuis causis, ac sub quibuscunque tenoribus & formis, in genere, & specie concessorum.

Decimus septimus, In eos qui occupare, detinere, vel destruere aut inuadere hostiliter præsumunt, in totum vel in partem Almam Urbem, Regnum Siciliae, Insulas Sardiniae & Corsicæ, Terras circa Pharum, Patrimonium Ecclesie, & alias ciuitates, terras, & loca vel iura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia: Quive supremam Iurisdictionem in illis eidem Romanæ Ecclesie competentem de facto usurpare, perturbare, retinere & vexare præsumunt: necnon adhaerentes fautores & defensores eorum seu illis auxilium consilium vel fauorem quomodolibet præstantes.

16. In laicos se immittētes in causis capitalibus contra personas ecclesiasticas.
 17. In eos qui terras seu iura ecclesie Rom. occupant, vel inuadunt.

H



11. In raptores bonorum Palatii Apostolici. Decimus octauus, In eos qui supellectilia, libros, scripturas, & bona Camerae, & Palatii Apostolici, ex eodem Palatio ablata, infirmitatis Romani Pontificis, ac Sedis Apostolicae vacationis tempore rapiunt, & illa quocunque titulo detinent.

In absoluentes transgressores. Additur postremo de iis, qui contra tenorem praesentium, aliquos absoluerunt praesumpserint, nisi in articulo mortis: Et tunc praestita cautione de stando S. R. Ecclesiae mandato, vel satisfaciendo, &c.

Confessarii, ac curam animarum habentes Bulla habere debent. Mandat insuper Summus Pontifex in virtute sanctae obedientiae, vniuersis curam animarum exercentibus, ac confessariis omnibus, Vt transumptum harum litterarum penes se habeant, legant, & diligenter examinent. Et haec haec tenus de Bulla Coenae, in qua subus hae videbuntur. Et quia quotannis ea solet innotari, curandum est, vt singulis annis ab ordinariis, vel alia via inquiramus, an aliquid in ea innotatum fuerit necne.

De aliis casibus excommunicationis, non reseruatis in Bulla coenae Domini.

Extra de heres. in

Primo excommunicantur Domini seu rectores, vel officiales eorum, citra negotium

tium Inquisitionis contra haereticos deficientes, & omnes, qui in hoc dederint consilium, auxilium, vel fauorem.

Secundo, Inquisitores, & officii inquisitionis executores, qui procedere omittunt contra haereticos, contra suam conscientiam, & iustitiam, vel falso haeresim imponunt vel quod officium suum impediunt: Et est Papalis.

Tertio, Inquisitores, & commissarii eorum, vel Episcoporum, siue capituli, Sede vacante, qui pecuniam praerextu officii inquisitionis modis illicitis extorserint, aut scienter occasione dicti officii, Ecclesiae bona ad fiscum, etiam Ecclesiae, ob delictum clerici applicare attentauerint.

Quarto, qui perseuerant, vel assumunt statum vel sectam fratricellorum, bisochorum, beghinorum, & praeteri qui eis concedunt.

Quinto, mulieres statum beghinatus sectantes, vel de nouo assumentes, ac religiosi eas admittentes, vel praebentes consilium, auxilium, vel fauorem.

dicuntur, quae à nuptiis abinent in sua puritate Deo famulari cupientes, sed aut infideles, vt Clem. de haeretico ad nrm. aut suspectae de fide, vt in hac decretali innotatur. Extra de schism. c. 1. excludo schismat. Extra de elect. c. licet episc. secl. schif. c. si quis. 17. q. 4.

6. cap. v. bi inquisitionis excom. episc. si faciunt praedicta Papa: in Bull. ecc. secundum Caet.

Clem. de haeret. c. multorum Papalis. Clem. de haeret. c. nolentes. Ante satisfact. Papalis. postepif. in extra. uag. 10. 22. c. scd. Rom. episcopa. lis. Begh. hic non



216 DIRECT. CONFESS.

Sexto, qui præsumtuose volunt ordinationes ab Octauiano, & Guidone factas, ratas esse.

Septimo, qui de tertiæ partis Cardinaliû nominatione confisus, Papæ sibi nomen usurpat, & qui ipsum recipiunt & qui à partioribus, quam à duabus partibus Cardinalium electus, gerit se pro Papa, nisi maior concordia intercesserit.

Octauo, qui in clericû vel monachû manus violentas iniiciunt. Et non solû executot intelligitur, sed qui mandat, consulit, dat auxilium, fauorem, consensum, & qui ratum habet post factum, si nomine ipsius factum est: & regulariter in grauibus Papæ

c. Felicis
de pœn.
in 6. pap.
Nunc est
in bulla
cœnæ
caf. 10.
Clem. de
pœn. c. si
quis. Pa-
palis est.
in bulla
cœnæ,
caf. 10.

lis est.
Nono, Insequentes Cardinales, vel manus violentas in eos iniicientes. Item Domini temporales, vel eorum officiales, qui contra huiusmodi constitutionem Bonifacii, cap. Felicis, non fecerint seruari, intra mensem à die notitiæ computandum.

Decimo, qui Episcopum percusserit, ceperit, bannierit, vel id mandauerit, testificauerit, consuluerit, fauerit, socius fuerit, vel scienter defenderit. Idem de officialibus ciuitatis, qui aliquid horum contra Episcopum suum

DE EXCOMMVNIC. 117

suum commiserunt culpabiliter: & ex parte Innoc. e. excommunicatio hæc referuatur in bulla de homi cid. cap. cœnæ Domini. pro Epif. De Iude. cad deli beran. In extraua. Gregor. Nicol. & in pro- cessu coe- ne domi ni. caf. 6. c. c6 que- stus, cap. tuanos. de sent. excom- mun. pa- pa post denun- tiat. In cõcil. Lateran. de rapt. ca. exc6. Papalis. In bulla coenæ casti. 3. c. cum iam diuin. l. r. extraua.

Vndecimo, qui quempiam Christiano- rum per quoddam genus hominum (quos vocant Assassinos) interfecerit, vel interfici mandauerit, quamuis mors non sequatur, aut eos receperit, defenderit, vel occultauerit.

Duodecimo, qui victualia deferunt, vel quænis mercimonia, tempore belli, ad infideles & quouis tempore, si deferunt in Alexandriam, vel alia loca Saracenorum Ægypti.

Decimotertio, qui effingunt, & simul spoliant loca sacra: & Papalis est, post denunciationem.

Decimoquarto, qui Christianos naufragantes rebus suis spoliant, nisi reddiderint.

Decimoquinto, Cardinales qui sede vacante, constitutioni de electione Ro. Pontificis, præter simoniam faciendo contrauenire præsumperit: & est Papalis.

Decimosexto, qui ab ordinationibus, sententiis, seu mandatis Romanorum Pontificum ad futurum Concilium appellant, aut qui ad hoc fauorem, consilium auxiliû,

Papalis, c. fultep, in extra papante in bulla c. 2. c. ad falsa rior. ext. de crim. fals. papa fec. Caer. nunc in bulla c. n. cas. c. noue. rite sen. tēt. exc. Papal. ex processu Cutia. Nunc in bulla c. n. cas. 13. Si pectona singu lais sue rit, sent. excom. incurrit. si vniuer sitas, Ecclesiast. subiacet interdi. 80.

dedertin, vel aliorum dicta approbauerint, &c. Papalis est.

Decimosextimo qui literarum Apostolicarum falsariis fauent: & laici, qui talibus literis falsis vtuntur, & est Papalis.

Decimooctauo, impugnant literas electi in Papam, antequam coronetur.

Decimonono, qui ecclesiasticam libertatem offendunt, faciendo seruari statuta, & consuetudines introductas contra eam, nisi intra duos menses post publicationem sententiae de capitularibus fecerint amoueri & statuarii scriptores, potestates, consules, rectores, consiliarii, & qui secundum ea praesumpserint iudicare, vel in publica forma scribere iudicata.

Vicesimo, qui reprefalias aduersus personas ecclesiasticas, seu bona ipsorum concedunt, vel extendunt ad eas, nisi intra mensem reuocauerint.

Vicesimoprimo, qui personas ecclesiasticas ad submitendum Ecclesias, bona illarum immobilia, vel iura illarum (in casibus non permisis à iure) laicis compulerint, vel usurpauerint ex huiusmodi contractibus, etiam licite factis, aliquid, nisi legitime moniti restituerint, &c.

Vice 4.

Vicesimosecundo, qui quaslibet personas ecclesiasticas, ad quas spectat electio in monasteriis, vel piis locis, vel consanguineos earum, aut ipsas Ecclesias, vel cetera loca, grauauerint, spoliando vel alias iniuste persequendo, pro eo quod noluerint eligere personam ad cuius electionem inducebantur.

Vicesimotertio, qui impediunt litigantes in quouis foro Ecclesiastico etiam extra curiam, in causis, quae de iure ad dictum forum pertinent, vel consilium, auxilium, fauorem ad hoc praestant.

Vicesimoquarto, qui dant alicui licentiam occidendi, vel grauandi in personis vel in bonis suis, vel suorum, aliquem, pro eo quod sententiam excommunicationis, suspensionis vel interdicti protulerit, vel eum, cuius occasione fuerit prolata, vel obseruantes eadem sententias, vel sic excommunicatis communicare nolentes, nisi re integra licentia reuocetur, vel si ad bonorum captiorem, occasione ipsius licentiae sit processum, nisi bona ipsa fuerint intra septem dierum spacium restituta, aut satisfactio pro ipsis impensa. Item qui vtuntur dicta licentia ad aliquid praemissorum, vel motu proprio id committunt, & post duos menses reseruat Sedi Apostolicae.

H 4

c. Si pignor. de iniur. in episcop. cap. hoc cōsultissimum de reb. eccl. non alien. in 6. nunc ex parte est in bulla c. ca. 14. su 15.

ca. sciens cunctide elec. in 6. cap. quoniam de immun. eccl. in 6. epif. post satisfact. pro eo ta menquo quis licet as Apo stolicas. impedi ret contra pro cess. c. ca. casu 14.

*e. liberta
eis. de im
munic.
eccliet. in
6. Episc.*
Vigesimoquinto, Domini temporales
interdicentes subditis, ne personis ecclesias-
ticis vendant, emant, aut alia obsequia ex-
hibeant.

*ca. qual.
de elect.
in 6. Epi.
& aliqua
ex parte
est in bul
la cœnz
ca. 15.
cap. qua
quam de
cõl. in 6.
Episc. præ
miss. ple
naria sa
tisfact.
c. nõ mi
nus de
immun.
eccl. Epi.
premissa
satisfact.
Nunc in
bul. la cœ
nz ca. 15
c. 1. de iis
quæ vi
met. cau.
in 6. Epi.*
Vigesimo sexto, qui regalia, custodiam
sue guardiam, vel titulum aduocationis in
locis piis vacantibus, de nouo vsurpare con-
nantes, bona ecclesiastica occupare præsur-
munt, & personæ eorundem piorum locorum,
quæ hoc fieri procurant: Bonifac. de
electione generali lib. 6. Episcopat.

Vigesimo septimo, qui fecerit contra sta-
tutum Alexandr. 4. qui ecclesias & personas
ecclesiasticas ad pedagia & guidagia statui-
t non teneri.

Vigesimo octauo, Consules, rectores, &
qui potestatem habere videntur, cum fau-
toribus suis, qui onera imposuerint, & an-
gariis affixerint personas ecclesiasticas, &
euacauerint iurisdictionem, & auctorita-
tem prælatorum, ita vt nihil potestatis tem-
poralis in suos videatur eis remansisse, si
commoniti desisterent noluerint, & successo-
res eorum in officiis, nisi intra mensem, a
successione computandum satisfecerint.

Vigesimo nono, qui reuocationem ex-
communicationis, &c. vel absolutionem vi
vel

vel metu extorquent.

Trigesimo, offendentes ecclesiasticam
libertatem in clauium officio, claudendum
diuinum cultum excommunicatis, & inter-
dictis: & est Papalis.

Trigesimo primo, impediens seque-
strationem beneficii per loci ordinarium
factam vna diffinitiuâ sententia contra pos-
sessorem promulgata, vel fructus seque-
stratos quoquo modo occupare præsumen-
tes.

Trigesimo secundo, Impediens moni-
cialium, aut canonicarum secularium visita-
tores in suo officio, nisi moniti respiciant.

Trigesimo tertio, Sepelientes in loco sa-
cro hæreticos, & eos qui deliberatè adhæ-
rent eis, ac receptatores eorum.

Trigesimo quarto, qui in cõmiseriis tẽ-
pore interdicti, quosunque, in casibus non
concessis, aut excommunicatos publicè, vel
nominatim interdicos, vel manifestos vsu-
rarios, scienter sepelire præsumunt, non sine
contemptu clauium.

Trigesimo quinto, qui scienter in gradi-
bus hæretic. in 6. Absolutionem non mirentur nisi publicè
excumulent & proiciant. c. 1. de consan. & assin. Episc.
Clem. religiosi. de decim. Episcop. satisfactioe præmiss.

Nunc vt
deur cõ
rineti in
bulla cœ
nz casu
15.

c. grauis
de sent.
excom.
Episc.

c. 1. de se
questr.
Episcop.

amoro
impedi-
ment. &
restitu-
tis occu-
patis: a-

quoque
nulloqui
nulate-
nus ab-

soluen-
dus Cle.
attendē-
tes. desta

tu mo-
nach. E-
piscopa.

c. quicun-
que de



bus prohibitis consanguinitatis, aut affinitatis, vel cum monialibus, vel qui in religione, aut sacris constituti, matrimonium contrahunt.

Trigesimosexto, simplices religiosi, qui decimas ecclesiis debitas usurpare præsumunt, &c. nisi post requisitionem desistant à præmissis intra mensem, & damnificatis ecclesiis emendam intra duos menses faciant.

a. cupientes de pœnis papalis.

Trigesimoséptimo, Religiosi, & clerici seculares, inducentes alios ad vouendum, vel promittendum, ut sepuluras apud suas Ecclesias eligant, vel iam electas ulterius non immutent, est Papalis.

c. super. ne cleric. vel mon. mō. Epil. in clem. de vsur. c. i. episc. c. vsurates. rum de vsur. in episcop.

Trigesimosoctauo, Religiosi de claustris ad audiendas leges, vel medicinam exeuntes & intra duos menses ad claustrum non redeuntes, & presbyteri, ac alii clerici personatus habentes, intra prædictum spacium ab huiusmodi audiendis non resisterent.

Trigesimonono, Officiales communitatum, aut potestates, vsuras quibusdam statutis fouentes, & iudicantes quod soluantur vsuræ, vel quod cum solutæ repetuntur, non restituantur, &c.

Qua-

Quadragesimo, Clerici minores Episcopis, qui in terris suis permittunt publicos vsuarios alienigenas ad scœnas exercendum, domos conducere, vel alias habitare, & non expellunt intra tres menses, de cætero non admissuri, vel eislocant, vel alio quouis titulo concedunt domos ad scœnerandum vsuaria præiurati fauentes.

Quadragesimoprimo, qui vrbis Romæ dignitates, seu officia vsurpant.

Quadragesimosecundo, Dominus & alii rectores, & officiales ciuitatis, in qua Papa electio celebranda est, sibi iniuncta diligenter non adimplentes, aut fraudem in eis committentes

Quadragesimotertio, Mittentes scriptum vel nuntium Cardinalibus, in conclauibus existentibus, vel alicui ipsorum secreto loquentes.

Quadragesimoquarto, Religiosi mendicantes, qui ad habitandum domos vel loca quæcunque de nouo recipiunt, vel recepta mutant, vel in alios transferunt, quocunque alienationis titulo.

Quadragesimoquinto, scienter communicantes, auxiliando, fauendo, vel consulendo ei, qui nominatim excommunicatus

c. Fundamēta de elec. in 6. Papalis. c. vbi periculum de elect. in 6. episcop. d. ca. vbi periculum episc. c. Nuper de sent. excom. episcop. si conditor canonis nō refertur ab solutio nem,



est in crimine, propter quod est excommu-
nicatus.

Clem. si-
gnifica-
ur, de-
sent. ex-
commu-
e. mulie-
res de lu-
dic. Epif.
c. hac cō-
stitutio-
ne de of-
fic. dele-
gati. Epi-
scop. pre-
missa in-
tegrali sa-
tisfact. c.
periculo-
sa, de cle-
ri. vel mo-
nac. Epi-
scop. c. ne
in agro.
de stat.
mo. Epif.

Ibidem.
Epif.

Quadragesimosexto, Clerici, qui scienter & sponte recipiunt ad diuina excommu-
nicatum à Papa: & est papalis.

Quadragesimoseptimo, qui fictionem
seu fraudem committunt ad hoc, vt iudex
personaliter vadat ad mulierem pro testi-
monio.

Quadragesimooctauo, pars quæ procura-
rat, vt de aliis, quam de manifestis iniuriis,
seu violentiis conseruatores se intromittant,
vel ad ea quæ iudiciale indaginem exi-
gunt, suam extendant potestatem.

Quadragesimonono, Religiosi temere
habitum suum dimittentes, vel ad quæuis
studia sine debita licentia accedentes, & do-
ctores, qui religiosos habitu suo dimisso le-
gum vel medicinam scienter docere, aut in-
scholis suis retinere præsumunt.

Quinquagesimo, simplices monachi, &
Canonici regulares ad curias Principum se
conferentes, vt damnum aliquod inferant
suis prælatis, aut Monasterio.

Quinquagesimoprimo, Monachi intra
septem non monasterii sine licentia Abbatum
suorum arma tenentes.

Quinquagesimosecundo, Religiosi pa-
rochiale officium circa extremam Vnctio-
nem Eucharistiam, Matrimonium, & ab-
solutionem excommunicatorum à cano-
ne, & statutis prouincialibus, vel synodali-
bus, vel etiam à culpa, & à pœna vsurpantes:
est Papalis,

c. religio-
si de pri-
uileg.
Papalis;

Quinquagesimotertio, Religiosi, qui
proferunt aliqua, vt audientes retrahant à so-
lutione decimarum Ecclesiis debitarum.

c. cupiam
tes de
pœn. in
6. Epif.
d. c. cu-
pientes
Epif.

Quinquagesimoquarto, Religiosi suspē-
si ab officio prædicationis, quod scienter
postposuerint conscientiam facere confiten-
tibus de non solutis decimis, Ecclesiis debi-
tis, si dicta negligentia non purgata, prædi-
care præsumunt.

Quinquagesimoquinto, Religiosi non
seruantes interdictionem, vel cessationem à
diuinis, quam seruat, mater Ecclesia, si sit lo-
calis ac generalis.

Clem. ex
frequentibus de
sent. ex-
commu.
Epif.
c. eos de
sentent.
excom.
6.

Quinquagesimosexto, qui propter legi-
timum impedimentum absoluti à senten-
tia canonis vel hominis, ab eo, qui de iure
absoluere non poterat, contemnunt, quam
primum commode possunt, ei à quo de iure
erant absoluendi, se præsentare: & abso-
luti à Papa vel ipsius legato, quibus iniua-

Quin-



Etum est vt irent ad ordinarios, vel aliquem alium pro pœnitentia, & vt satisfacerent iniuriam passis, si hæc quam primum poterunt, non curauerint, adimplere: & est Papalis vel Episcopalis vt prior, in quam reincident.

e. detestanda in extraua. de sed. pap.

Marti. V. in Conc. constan. Papal.

e. Clerici ne cler. vel mon. episcop. Sixtus 7. in extr. c. Graue nimis, papalis. Io. 22. in extraua.

Quinquagesimoseptimo, qui in locis Christianorum, corpora defunctorum, ad alia loca transferenda, exenterare, ac inhumane & crudeliter pertractare, vel pertractari facere præsumunt: est Papalis.

Quinquagesimooctauo, qui dant, & recipiunt aliquid simoniacè, in ordine vel beneficio, vel mediatores fuerint, vel procurauerint, vt huiusmodi fiat simonia: est Papalis.

Quinquagesimonono, qui aliquid ex pacto dat, aut recipit, pro ingressu religionis, est Papalis.

Sexagesimo, Religiosi, qui ex ordinibus mendicantium ad aliquem monasticum ordinem (præter Carthusiensem) absque sedis Apostolicæ licentia speciali, conuolant, & qui ipsos recipiunt: est Papalis.

Sexagesimoprimo, qui bona ecclesiastica alienant, & alienata recipiunt.

Sexagesimosecundo, Sacerdotes officium

cium vicecomitis aut Præpositi secularis habentes, & post monitionem emendare nolentes.

Sexagesimotertio, qui asserere præsumunt, tenentes beatam Virgine[m] ab originali peccato fuisse præseruatam, Hæresim aut peccatum mortale incurrere, & vice versa: est Papalis.

Sexagesimoquarto Impedientes Legatos vel nuncios Apostolicos, ne recipiantur, & faciant ea, ad quæ missi sunt.

Sexagesimoquinto, Vocati ad dirigendas moniales in electionibus faciendis, qui non abstinēt ab his, vnde possit oriri discordia, vel nutiri, in ipsis electionibus.

Sexagesimosexto, qui ordini Prædicatorum, aut Minorum contumeliam, aut iniuriam faciunt, intrando Monasteria monialium in casibus non concessis, vel libellos in infamiam status ipsorum edendo, detinendo, vel publicando, vel docendo, quod non sunt in statu perfectionis, & quod non liceat eis de eleemosynis viuere, vel prædicare, vel confessiones audire de licentia Papæ, vel exercendo violentiam in loca ipsorum, vel detinendo in Ecclesiis suis Apostatas eorum, & eos reiciendo a confortio

ca. super gentes, papalis, quantum adhuc canones. c. Indimitatib de elect. in 6. epif. Alex. in priuil. ex alto. Et in alio. Non sine multa. Item Bonifac. in priuil. Virtute absolute epif. Generali ordinis referuatur.

Vniuersitatis Parisiensis, & Papalis est, vel Generalibus, aut Conseruatoribus horum ordinum ferè referuata.

Sexagesimo septimo, Cardinales Rom. Ecclesiæ reuelantes aliquid in consistorio vetitum à Papa, vnde aliquid præiudicii vel scandali nascitur.

Sexagesimo octauo, quilibet, aut quacunque scripturam imprimere seu imprimi facere præsumunt, nisi prius in Vrbe per vicarium & sacri Palatii Magistrum, in alijs vero diocesis per Episcopum vel alium peritum ab eo deputatum, & ab inquisitore.

Sexagesimo nono, qui in suis prædicationibus ad populum, miracula falsa aut incerta, vel prophetias, quæ ex sacra scriptura non constant, prædicare, vel Ecclesiæ prælati detrahere ausi fuerint.

Septuagesimo, accedentes ad Dominicum sepulchrum sine licentia Papæ.

Septuagesimo primo, qui audiunt scilicet libros Hæreticorum, & inquisitoribus absolutio referuatur. Sunt & aliæ excommunicationes, quæ non videntur in vsu esse, vel non sunt generales, sed quæ in hac vel illa diocesi vigent, & confessarii (præsertim qui

qui facultatem ab eis absoluendi non habent) curare, vt eas nouerint quæligant, vbi ipsi confessiones audiunt. Sed dicta de casibus excommunicationis sufficere videtur, vt si qui occurrerint, agnoscantur. Qui fustorem tractationem requireret, ad canones, vel alios auctores ei recurrere, vel certe peritiores consulere licebit.

De suspensione.

Suspensio est censura ecclesiastica, inhabilitans ad executionem ordinum, officiorum, vel iurisdictionis, ex aliquo impedimento proueniens, ex institutione Ecclesiæ habet robur: & quamuis pœna sit potius quam culpa, communiter tamè propter peccatum incurritur.

Qui suspensus est a pontificalibus, non potest quæ sunt pontificalia. Qui ab ordine tantum, non potest ea quæ sunt ordinis: si a iurisdictione tantum, non potest quæ sunt iurisdictionis: si ab utroque neutrum potest. Si est suspensus ab officio, & beneficio, non potest agere nomine proprio, tamquam beneficiatus: nec debet habere redditus, licet medicrem

Suspensio quid sit.

Suspensio a pontificalibus. Ab ordine. A iurisd. Ab utroque. Suspectus ab officio & suspensus a iur.



Leo. x. in
Concilio
Lateran.
Papalis.
Idè ibid.
sessio. 10

Idè ibid.
sessio. 11.
Hic casus
contine-
ter in li-
poenitè-
tiaz
Summi
pontif.
Vt refer.
Arch. se
vidisse,
legè Syl.
excom.
6, nu. 91.



Suspensio fit contra facit mortaliter peccat. Minotibus suspensio, suspenduntur & maiora, & non contra. Suspendere quis potest, & quis suspendi.

sustentationem habere possit, si aliunde non habeat unde viuat. Suspendus a iure etiam propter defectum corporalem, vel ab homine, debet abstinere ab officio etiam post contritionem & confessionem, quousque relaxata fuerit sententia: alias suspensus a diuinis, vel officio, vel celebratione, si contra faciat, mortaliter peccat.

Cum minora interduntur, maiora intelliguntur interdicta, non vice versa: vnde suspensus a subdiaconatu, interdicitur a superioribus ordinibus, non e contrario.

Quicumque potest cogere per censuram ecclesiasticam, potest suspendere, excommunicare, & interdicere; & qui potest excommunicari, potest suspendi: & debet fieri in scriptis suspensio monitione praemissa, quando fit propter contumaciam, non autem si feratur in poenam delicti commissi.

Condicio in suspensio, ne apponatur si lae fiat, tollitur & suspensio.

Quando in sententia suspensionis dicitur: Donec satisfecerit, &c. adueniente conditione, non indiget alia relaxatione, sicut excommunicatio.

Suspendus a iure, potest ab Episcopo absolui, nisi canonis conditor sibi reseruet, vel

vel nisi sit suspensus propter peccatum, a quo non potest ipse absolueri. Si vero ab homine sententia est inflicta, absoluet qui eam tulit, vel superior: & absolutio fit loquendo verbo, Reuoco, vel remoueo, vel absoluo a tali sententia: quia non habet propriam formam.

Casus permulti sunt in quibus incurritur suspensio, inter quos est concubinatus notorius clericis, oblatio vel susceptio duelli a clerico. Suspenduntur etiam ordinati extra tempora, vel ab Episcopo non suo, vel excommunicato, &c. Suspenduntur & simoniaci. Sed de his & aliis qui plenorem desiderat tractatum, videat canones, vel aliquem ex his qui collegerunt (vt Syluester) aut consulat peritos.

A suspensio a iure quis absoluit ab homine quis, Absolutio a suspensioe quibus verbis fiat. Casus, in quibus incurritur suspensio.

De interdicto.

Interdictum ecclesiasticum est quaedam prohibitio, qua in aliqua terra vel Ecclesia, vel personis, interdicitur administratio sacramentorum, vel diuinorum officiorum celebratio, seu executio aliquorum spiritualium.

Interdictum quid sit.



Et quando prohibentur omnia spiritualia dicitur strictum: quando quadam tantum; dicitur largum. Triplex est locale tantum, personae tantum, locale, & personale simul. Et cum interdicitur aliqua vrbis, locale: cum clericus, personale: cum verumque vrbis & personae, dicitur locale & personale simul.

Interdium triplex.

Aliud generale aliud particulare.

Nota.

Quodlibet istorum duplex est: generale, vt cum interdicitur tota vrbis, vel populus, vel provincia; particulare, vt cum aliqua ecclesia in vrbe, vel aliqua persona, vel in vno delicto plures nominantur: tunc quocumque pergant interditi sunt, quamdiu durat interdictionem (si ad tempus fuit) vel absoluantur, nec possunt audire diuina, imo in diuinis euitandi sunt, si sint nominarim interditi, sicut excommunicati, non autem extra diuina.

Quae Papa & quae ceteri praetati interditi potest tenere.

Potest Papa omnia interdiceret, praeter baptismum paruulorum, & poenitentiam mortuorum, & illa sine quibus ista duo non possunt bene fieri: alii praetati non possunt, nisi secundum iuris dispositionem interdiceret.

Quis tenetur

Ad obseruationem interditi tenetur quis, quando publice promulgatum est contra

contra personam vel collegium, vel locum certum a iudice, specialiter & expresse, non aliter. Sufficit autem scire quod vicini, & maxime metropolitana Ecclesia receperit sententiam, & seruet: & etiam religiosi exempti, nisi habeant super hoc speciale priuilegium, tenentur id obseruare. Excusatur tamen ignorantia probabilis, non crassa, vel supina.

obseruare interdictionem.

Religiosi etiam exempti obseruare tenentur, nisi &c.

Clero interdicto, non intelligitur populus interdictus, nec vice versa. Et nomine cleri, in materia fauorabili, intelliguntur religiosi, non autem in odiosa. Interdicta ciuitate propter delictum Domini, ciues non sunt interdicti. Ideo extra ipsam possunt audire diuina. Si autem populus est interdictus, & Comites & nobiles interdicti sunt, nisi ex priuilegio sint sui iuris, & etiam suburbia, & villa, circa ciuitatem, quae non pertinent ad aliam vniuersitatem.

Eorum qui interdici possunt differentiis.

Interdicto clero, non est interdicta Ecclesia: Ideo alii clerici licite celebrant in ea. Si ecclesia in terdicator, alia Ecclesia cohaerens, vel capella mediante muro, non intelligitur interdicta. Si veniant homines non interdicti ad alia loca interdicta,



non poterunt ibi celebrare, neque audire diuina: secus si communitas, & non locus: excludendi tamen essent interdicti, & curandum ne vili pendantur censuras ecclesiasticæ. Qui habitant in populo interdicto, non sunt tamen de illo, non censentur interdicti, nec pueri, qui doli non sunt capaces.

Interdictum a iure aliud ab homine. Interdictum a iure generale.

Interdictum aliquando emanata iure, aliquando ab homine. A iure, generale est contra collegium, vel vniuersitatem cogentem Ecclesias, vel personas ecclesiasticas soluere pedagia, &c. Secundo, contra vniuersitatem locantem domos usurariis, ad exercendum scenus. Tertio, contra vniuersitatem quæ reptes alias concedit contra personas ecclesiasticas. Quarto, contra non seruantes seruanda in electione papæ. Quinto, contra quamcumque ciuitatem (præter Romanam) quæ consentit dando auxilium, consilium vel fauorem occidentibus, vel percutientibus Cardinali, vel non punientem infra mensem, si poterit. Sexto, contra ciuitatem quæ proprium Episcopum percusserit, vel ceperit, aut in exilium miserit. Septimo, contra clericos, vel religioso inducentes aliquem

quem ad vouendum, vel promittendum de sepultura, si in ecclesia eum postmodum sepeliant; si non restituant omnia intra decem dies. Octauo, contra regnum, vel locum, quando Dominus eius impedit, ne legatus vel nuntius Papæ possit exequi officium suum.

Interdictum ante denunciationem non inobediens obliuio.

In prædictis tamen casibus (vt dictum est) nullus tenetur seruare interdictum, ante denunciationem per iudicem faciendam.

Particulariter quandoque locus interdicitur a iure. Primo, quando ecclesia est polluta per homicidium, vel effusionem sanguinis iniustam, aut seminis studiose procuratam. Et ante reconciliationem, non debent ibi officia diuina celebrari. Secundo, si propter discordiam patronorum, Episcopus claudit ostia, & tollit inde reliquias, & prohibet celebrari. Tertio, si ecclesia per simoniam esset consecrata. Quarto, si principaliter pro quaestu. Quinto, si sine licentia diocesani Episcopi. Sexto, si sine reliquiis, vel in loco deserto. Septimo, si hæreticus tradatur sepultura ecclesiasticæ scienter. Ab homine quocumque fertur sententia inter-

Interdictum a iure particulari.

dicti, qui potest ferre excommunicationis unde nulla mulier id potest.

Quando ab homine fertur ob contumaciam, debet præcedere monitio, & forma tradita. Et defectu monitionis aliquando est nullum, aliquando iniustum interdictum. Si propter delictum feratur, non est necessaria admonitio.

Forma verborum in interdicto, est ista: Nos propter talem causam, Ecclesiam, vel ciuitatem, ecclesiastico supponimus interdicto. Et secundum doctores, non potest poni sine rationabili causa.

Ad relaxandum interdictum, non est aliqua certa forma verborum, sed nudo verbo potest tolli, dicendo, Reuoco, Remoueo, vel absoluo, & simili. Et si est ad tempus, vel ex conditione, his expletis ex seipso desinit. Sola enim intentione auctoritatem habentis, quocumque modo expressa relaxatur.

Quando persona est simpliciter interdicta, illa post satisfactionem relaxari debet vel absolui: quando vero populus, vel locus, soli qui peccauerunt, satisfaciant, & absoluantur. Si illi, in quorum fauorem positum est interdictum, non seruant, nec alii

Nota.

alii tenentur: & dicuntur violare, quando maiores ex eis, vel eorū maior pars violat.

Interdictum potest relaxari (si est ab homine) ab eo qui tulit, vel a superiore. Si vero sit a iure, & conditor iuris non reseruauerit, Episcopus potest relaxare, & non inferior ordinario. Si esset terminatum ad certum tempus a iure, non posset tolli ab ordinario ante illud tempus.

In generali interdicto, loci non personarum, standum est moderationi cap. Alma, &c. Id est, vt quotidie in Ecclesiis, & monasteriis missæ, & alia officia celebrari possint, sicut prius: voce tamen submissa, ianuis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis, & interdictis exclusis: & in festiuitatibus Natalis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis, omnium sanctorum, pulsatis campanis diuina celebrantur, exclusis tantum excommunicatis: dum tamen illi, propter quos positum est interdictum, non appropinquent altari, id est, non faciant offertorium: & dies incipit a vespere vigiliæ, vsque ad festi completorium, imo & missa vigiliæ secundū aliquos potest includi. Eisdem diebus aqua solenniter potest benedici & aspergi, panes & fructus

Interdictum ab homine a quo relaxetur, Interdictum a iure quis tollat. Interdictum localis generalis modis ratio.



benedici, & administrati. benedici virgines, calices, &c.

Tempore interdicti que sacramenta concedantur.

Sacramentum baptismi aduulorum & paruulorum, tempore interdicti conceditur, & confessio chrisimatis in die Iouis sancti, & chrisimatio tam aduulorum, quam puerorum; poenitentia tam sanorum, quam motientium, exceptis excommunicatis, & illis quorum culpa, vel dolo, lata est sententia, vel dederunt auxilium, &c. Conceditur etiam viaticum existētib; in periculo mortis, & potest portari cum lumine & campanula, nec prohibeatur interdicti adorare hostiam, nisi cum diuina officia actualiter celebrantur.

De cessatione à Diuinis.

Cessatio à diuinis ob quam causam addatur, quidque prohibeat.

Aliquando cum obedientia non est precepta excommunicationi, nec interdicto, addi solet cessatio à diuinis, quæ prohibet celebrationem diuinorum officiorum, & administrationem sacramentorum, etiam ianuam clausis. Tunc autem literæ Apostolicæ bene considerandæ sunt, & secundum eas iudicandum: quia ligant quantum Pontifex expressit, & non amplius. Est ergo cessatio à diuinis, qua desistitur ab officiis &

mini-

ministerio sacramentorum: & diuiditur in diuisiua generalem, quæ imponitur loco vniuersali, quid.

vt ciuitati, & in particularem, quæ imponitur loco particulari, vt Ecclesiæ. Non est autem censura, quemadmodum erat interdictum; & qui violat cessationem à diuinis, etiam particularis, non est propterea irregularis, vt qui violat interdictum. Et qui priuilegium habet audiendi diuina officia tempore interdicti, non ei suffragabitur, vt tempore cessationis à diuinis, audire possit: nec qui priuilegium habet audiendi tempore cessationis generalis, continuo audire poterit tempore cessationis particularis. Et hæc de cessatione attingit sit satis.

De irregularitate.

Irregularitas, est nota seu impedimentum canonicum, de facto proueniens, quæ quæ ad Ecclesiasticos ordine promoueri, & iam promotus in eis ministrare prohibetur. Vnde latius patet, quam suspensio, quæ tantum importat inhabilitatem ad executionem.

Tribus modis in genere contrahitur: Ex delicto, ex defectu corporis, ex defectu sacramenti: nunquam tamen incurritur, nisi secundum illos modos, vel casus qui expressi sunt in iure.

Cess. à diuinis aus generalis aut particularis. Nota.

Irregularitas quid sit.

Irregularitas tripliciter contrahitur.

Universidad de Doubo

Casus irregularitatis in iure expressi. Concilium Tridentinum. sessio 13. de reformatione. cap. 13. hoc ne fiat omnino cauit.

Sunt autem multi casus. Primus, per homicidium. Secundus, per ordines susceptos, vel sacros exercitatos in maiori excommunicatione. Tertius, per plures ordines sacros vno die receptos, vel minores, cum aliquo sacro, nisi excuset consuetudo. Quartus, per reiterationem Baptismi. Quintus, per apostasiam à fide. Sextus, per infamiam secundum quosdam, que tollit executionem ordinum, & exercitium cuiuscunque dignitatis, & honorem quæstum & quæredum. Septimus, per ordinationem ab Episcopo nominatim excommunicato, Schismatico, hæretico, deposito, suspensio, interdicto, degradato, secus si toleratur adhuc ab Ecclesia. Octauus, recipiendo ordines ab eo qui renúciauit loco & dignitati, vel ab Italico, si recipiens fuerit amoranus, & celebret. Nonus, recipiendo extra tempora vel ante ætatem, si ministrat in suscepti ordinis ministerio, secundum aliquos. Decimus, ministrando solemniter in ordine sacro non habito. Vndecimus, incurritur à suspensio, excommunicato vel interdicto ingerenti se diuinis, celebrando, vel faciendo aliquid attributum certo ordini, etiam minori, vt Accolitus, si vt talis id faciat. Duodecimus, propter crimen, quo suspensus est à cano-

à canone, si ministrat in ordine sacro. Decimus tertius, propter bigamiam. Decimus quartus, propter matrimonium contra dictum ab eo qui est in sacris, vel habet votum solemne. Decimus quintus, per celebrationem vel iussum ordinis executionem in loco specialiter per iudicem interdicto. Decimus sextus, propter corporis vitium, i. si quis est mutilatus aliquo membro, vel debilitatus: qualis est cæcus, vel habes manum aridam, vel aliud membrum inefficax, si quidem reddatur inhabilis ad frangendum, vel contrahendum hostiam, vel calicem, vel scandalum generat propter deformitatem. Decimus septimus, propter illegitimitatem. Decimus octauus, propter dilationem baptismi in adultis vsque ad ægritudinem, nec ista irregularitas tollitur per baptismum. Decimus nonus, propter hæresim. Vicesimus, propter seruitutem. Adduntur & alii quidam casus, sed sufficiat hos enumerasse.

Vt autem suffus dicatur de irregularitate, Irregularitas contrahitur per homicidium, vel mutilationem ætualem, vel cum quis operatur aliquid, quod sit proprie horum causa, etiam absque peccato: Aduerte quod si effectus non sequitur, nunquam incurritur irregularitas, quia sola voluntas non sufficit.

Tres autem regulas ponit S. Thomas ad

Irregularitas ex homicidio requiritur qui effectum.

discernendum, quando huiusmodi irregularitas incurratur. Prima est, qui dat operam rei licitæ, adhibens diligentiam quæ debet, & non excedens, nec habens voluntatē occidendi, vel mutilandi, nō fit irregularis propter sequens homicidium. Secunda est, qui dat operam rei licitæ nō adhibens diligentiam, quam debet, vel existens in culpa commisionis etiam leui, non autē leuissima, id est, omissionis, fit irregularis. Tertia, qui dat operam rei illicitæ, semper fit irregularis; sub his plurima particularia elucetere possunt. Et aduerte, q̄ iudex, vel doctor in dubio non debet aliquē iudicare irregularē, seipsum tamen in dubio quisq; reputet.

Nota.

Irregularitas ex homicidio quæ reservetur summo Pontifici. Petēs iustitiā contra noxiū cum protestatione, nō fit irregularis.

Notandum q̄ quādo irregularitas contrahitur propter occisionem vel mutilationē iustam, non est ea quæ admitti dicitur propter homicidium voluntarium, vnde ea non reservatur summo Pontifici, cum reservatur irregularitas, in quam propter homicidium voluntarium quis incurrit.

Prælati, clerici, qui petunt contra aliquem iustitiā, cū protestatione quod nō intendunt poenam sanguinis, non incurrunt irregularitatē, licet sequatur effectus: nec qui proditorē vel proditorē reuelat, cū hac protestatione: secus si nō protestatur: tamen inquit

inquisitor tradens hæreticum iudici seculari, licet instet ut comburatur, non fit irregularis: quia solum eis prohibetur executio.

Vt autē melius intelligatur irregularitas, quæ incurritur ex homicidio, vel mutilatione in bello etiam iusto, noranda sunt ea quæ sequuntur. Primo, Clericus repellens vim vi, cum moderamine inculpatae tutelæ, quando aliter mortē evitare non potest, si occidat, non fit irregularis. Similiter si in bello iusto de licentia Papæ exprimentis, q̄ possit indifferenter pugnare, quæquam occidat. Secundo, si in bello iniusto utatur armis, vel præstet auxiliū, consiliū vel fauorē, incutiendo timorē aduersariis, & occidatur quisquam etiam non ab ipso, fit irregularis. Tertio, qui est in bello iusto cum armis defensionis, hortans bellautes, intercedens pro eis, dū modo non occidat, nec mutilat, non fit irregularis: si ipsi pugnant, sed non occidunt, nec mutilant, non sunt irregulares: & si putat clericus, se occidisse potius quā contra, censendus est irregularis, aliter non, nisi alii scirent certo ipsum occidisse.

Cum quis absoluitur a peccatis, prius debet absolui ab excommunicatione, non tamen ab irregularitate dispensari, quæ secundum se peccatum non est, nec peccatum

Tria circa irregularitatem, ex homicidio in bello etiam iusto noranda.

Si evitare potest mortē, fit irregularis per C6c. Tri. sess. 14. cap. 7. de resq̄.



includit, vt excommunicatio: propter clericos tamen vtilis est hæc cognitio cōfessori.

Tribus modis tollitur irregularitas: aliqua per baptismum, si venit ex sequela peccati proprii, non autem si ex bigamia, nec ex defectu nataliū. Secundo, aliqua irregularitas tollitur per religionis ingressum, quæ scilicet non prouenit ex proprio delicto: talis enim potest promoueri ad ordines, sed non ad dignitates: tamen faciliat dispensationem religio. Tertio modo, per dispensationem tollitur omnis irregularitas. Prælati mittentes ad ordines suscipiendos subditos, vel Episcopos promouens, ipsi facti dispensant, si hoc intendunt. Forma cōsuetæ dispensandi super irregularitate, est talis: Ego dispenseo tecum super irregularitate, vel irregularitatibus, quam vel quas contraxisti, propter talem vel talem causam: vel, si contraxisti, quando est dubium.

Nota.

Forma dispensandi super irregularitate.

Hactenus de censuris Ecclesiasticis, quantum satis esse duximus ad instituti opusculi rationē: vbi non omnia quæ attinguntur, exacte tractanda, sed confessariū dirigendum suscepimus, vt non tantum his quæ hic didicerat, sed & aliis vbi libet lectis, bene utendo officio confessarii melius ad animarum auxilium & Dei gloriam perfungatur.

INDEX EORVM QUÆ IN appendicibus continentur.

A De lectorem.	Fol. 3.
Præfatio de substantia, sine & efficiente causa sacramenti penitentia.	fol. 7.
De confessarii cura circa personam suam, ac primo de scientia confessarii.	10.
De potestate confessarii.	13.
De bonitate confessarii.	14.
De prudentia confessarii.	15.
De secreto vel sigillo confessarii.	17.
De cura confessarii circa actus penitentis.	18.
De his quæ præmittuntur confessioni.	19.
De interrogatione, qua suppletur discussio insufficientis penitentis.	24.
De penitenti iuuuando ad contritione habendam.	27.
Quomodo in satisfactione penitens inuetur, & de penitentis iniungendis.	29.
Quomodo cum his qui minoribus egent auxilio se habeat confessarius.	33.
De fine huius sacramenti.	35.
Quomodo penitens à confessario inuetur ad emendationem vita.	
Quomodo inuetur penitens à confessario ad gratia augmentum.	40.
De confessarii cura circa absolutionem.	43.

X



INDEX EORVM QVÆ IM

Directorio continentur.

I N appendices Directorii prefatio.	47.
De Interrogatorio.	48.
Circa primum preceptum : Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.	49.
Circa secundum, Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.	51.
Circa tertium : Memento ut diem Sabbathi sanctifices, sub quo fere precepta Ecclesie.	52.
Circa quartum : Honora parentes.	53.
Circa quintum : Non occides.	55.
Circa sextum : Non machaberis : ad quod referretur nonum, Non concupisces uxorem proximi tui.	58.
Circa septimum : Non furaberis, cui adiungitur decimum.	60.
De superbia	61.
De Gula.	62.
De Acedia.	ibid.
Interrogatorum breuius carmine redactum.	63.
Quaedam de statibus variis, & primo de domini temporalibus.	66.
De Episcopis.	67.
De peccatis Iudicium.	69.
De Aduocato & procuratore.	70.
De	Do

De matrimonio in uctis.	71.
De Sacerdotibus & alim Clericis.	72.
De religiosis.	73.
De Doctoribus.	74.
De Scholasticis.	75.
De Mercatoribus & Artificibus.	76.
De Medicis.	77.
De pueris.	78.
De propriis remediis peccatorum.	ibid.
De remediis uniuersalibus.	83.
Quomodo his armis utendum ad uitia superandis.	ibid.
De restitutione.	85.
Quis debeat restituere.	86.
Cui debeat fieri restitutio.	88.
Quid reddendum.	91.
Quantum debeat restitui.	94.
Ubi & quando debeat restitui.	95.
De ordine & modo in satisfactionibus tenendis.	98.
De quibusdam, qua faciunt ad cognitionem excommunicationis.	101.
De effectibus excommunicationis.	102.
De peccatis excommunicatorum.	104.
De peccatis, qua ab excommunicatione redundant in alios.	105.



348

INDEX.

<i>De casibus excommunicationis reservatis in bul- la cœna Domini.</i>	105.
<i>De aliis casibus excommunicationis.</i>	114.
<i>De suspensione.</i>	129.
<i>De interdicto.</i>	131.
<i>De cessatione à divinis.</i>	138.
<i>De irregularitate.</i>	139.

FINIS.

DE

K49

B

DE
FREQUENTI
VSV SANCTISSIMI
Eucharistiæ Sacra-
menti Libellus.

Authore R. P. Christo-
phoro Madridio Theo-
logo Societatis
IESV.

K 2

P R O O E M I V M.



QVOD his turbulen-
 tis temporibus Hære-
 ticorum impietas in
 infesto animo sanctis-
 simū Eucharistia Sa-
 cramenti oppugnat,
 Christiani nominis studiosis, & Iesu
 amatoribus mirum adeo videri non
 debet, cum Demones, à quibus Hære-
 ticorum pertinacia corroboratur, ni-
 hil magis oderint, quam hoc sacrosan-
 ctum mysteriū, in quo passio Christi
 perfectissimè representatur: per quam
 Lucifer spoliatus fuit tyrannide, qua
 toti humano generi superbissimè do-
 minabatur. Verum Christianos ac re-
 ligiosos viros frequentationi huius my-
 sterii adeo molestos esse, ut non desinat
 (nescio quo spiritu ducti) totis viribus
 & magna pertinacia illam dissuadere
 & impugnare tanquam periculosam

¶

& supersticiosam, etiam cum magna
 Ecclesie Dei, & piorum hominum of-
 fensione, non possum non vehementer
 dolere, admirorque quo pacto non vi-
 deant Sathanam non tam transfigu-
 rantem se in angelum lucis, sed aperte
 invidentem copiosissima gratia, qua
 in tanto sacramento nobis (cū digne su-
 mitur) liberalissimè communicatur,
 qua possumus nequissima eius tela ex-
 tinguerè, quibus nos continenter im-
 petit, ne beatitudinem illam, quam
 ipse sua superbia perdidit, consequa-
 mur. Nolo enim pro modestia Chri-
 stiana existimare, viros, qui hanc per-
 niciosam doctrinam in Ecclesiam Dei
 disseminant, agi peruerso iniquoque
 animo; sed forsitan cuiusmodi zelo, què
 non esse secundum scientiā, plane me,
 per gratiā Christi, ostensurū cōfido in
 explicatione questionis statim tractā-
 da, ex qua frequentatione sanctissima

1. Cor. ii.

Ephes. vi.

Rom. ix.

K 4



*Eucharistia ex amore Christi utilio-
rem, ac fructuosiore esse, quam absti-
nentiam ab ea ex irreuerentia me-
tu, liquido constabit: Christus Do-
minus faxit, ut hæc veritatem omnis
intueantur. Nobis certe non alium
huius suscepti laboris finem, quam di-
vine gloria, salutisq; animarum rationem
(qui vnicus est totius societatis Iesu sco-
pus) propositum profitemur. Hinc a-
deo Lectorem vehementer oramus,
ut que in hoc libello placebunt, et
Deo bonorum omnium auctori ac-
cepta referat. Si quæ vero displice-
bunt, animum voluntatemque
nostram, qui communi
bono studemus, at-
tendat.*

PRO-

PROPOSITIO
QVÆSTIONIS AGITAN-
DÆ, CVM TRIBVS DO-
cumentis rei explicandæ con-
uenientibus.

CAPVT. I.



QVÆSTIO igitur, quæ
agitanda & dissoluen-
da proponitur est, An, si
quis sacramentum Eu-
charistia: rite accipere
possit, & sine peccato
nilominus abstinere,
melius faciat frequenter accipiendo, quam
abstinendo. Ut autem res: oia planius in-
telligatur, & à notioribus progrediamur,
proponemus tria documenta, quorum pri-
mum erit.

Quamuis in personis deuotis, tam reli-
giosis quam secularibus. & non nimis occu-
patis in secularibus prophanisque negotiis,
quæ mentem à Diuinis nimium auocat,
laudabilis ac fructuosa sit quotidiana sacræ
Eucharistia: sumptio, & id comprobet au-



thoritas grauiſſimorum Doctorem tam veterum ſanctorum, quam recentium Scholaſticorum, ac etiam firmiſſime tationes euincant (vt poſtea oſtendemus) vnde non ſint huiuſmodi homines vituperatione, ſed potius laude vel maxima digni. Nihilominus tamen non intendimus in hanc diſputationem adducere, quotidianam illam ſumptionem, ſed tantum aſſerere, Frequentationem communionis, ſaltem octauo quoque die, digne accedentibus laudabiliorem, vtiliorem, & fructuoſiorem, quam abſtinentiam à tali frequentatione eſſe.

Alterum documentum eſt, Exceptis aliquibus caſibus, in quibus de ſententia doctorum, ex præcepto quis communicare iubetur, quilibet poteſt reliquo anni tempore ſine peccato abſtinere à communionem, etiam exiſtens in ſtatu, in quo poteſt laudabiliter communicare: quia tum cum nulla aſtringatur lege, abſtinendo à communionem non peccabit. Vnde quum dicitur laudabilius & vtilius eſſe frequenter communicare, quam abſtinere, neutiquam intelligimus abſtinentes à frequenti cõmunionem aliquo propterea peccato obſtringi, ſed eos melius facere, qui ex amore frequentant, quam qui ex timore
ſe

ſe ſumouent, tamenſi id ſine crimine facere poſſunt. Qua tamen in re nos quidem aduerſarius noſtris modeſtiores videri cupimus, qui nolimus reprehendere eos, qui ex tanti reuerentia ſacramentum, communionem ſe abſtinent, ſed cum D. Auguſtino, & Beato Thoma eos pro ſua fide agere ſinuimus: cum ipſi contra, parum Chriſtiane & contra eodem Doctores, eos qui ex deuotionem & amore ad tam ſalutiſerum ſacramentum accedunt reprehendere, & detertere non deſinant.

Tertium documentum. Vt dicatur quis laudabiliter hoc Sacramentum accipere digne accedat oportet. Dignitas autem hic tripliciter intelligi poteſt: primo pro quodam naturali valore, & condignitate (vt Theologicæ ſcholæ more loquamur) ſumentis hoc ſacramentum: & hoc modo nulla creatura, quamuis excellens, ne ipſa quidẽ beata Virgo digne potuit hoc digniſſimũ Sacramentum accipere. Quid enim eſt homo, aut alia creatura vt cum Deo comparetur? aut quæ proportio finiti ad infinitum? Deinde poteſt dignitas accipi pro quodam perfectione virtutum ac donorum, & præcipue reuerentiæ ac deuotionis, vt ſcilicet ille dicatur digne

Digne communicare quis dicatur.



accipere, qui cum quadam eminentia vitutum & magna reuerentia & deuotione accipit, alioqui dicatur indigne accipere. Sed neque hæc dignitas ad dignam huius Sacramenti sumptionem exigitur: Immo sæpe in frequenti eius vſu à Deo illa donantur: Quæ enim ſunt dona Dei, in frequentatione huius tanti Sacramenti, & dantur, & augentur, vnde inquit Gerſon: Qui nolunt accedere ad hoc myſterium ſine talibus donis, ſimiles ſunt frigidis, qui nolunt accedere ad ignem, niſi prius ſunt calidi.

Postremo capitur dignitas pro diſpoſitione, quam Deus requirit in homine, vt Euchariftiam ſine ipſius offenſione accipiat. Et hæc nil aliud eſt in peccatore, quam vel diligens peccatorum inquiſitio, ipſorumque deteſtatio, ac conſtans vitæ corrigendæ propoſitum, cum vera & integra omnium delictorum confeſſione: addendo inſuper, vt nullum ſuperiorum interdictum impediatur: vel in eo, qui non eſt ſibi conſcius admiſſi criminis, fides, quæ per dilectionem operatur. Et hæc eſt dignitas, quæ exigitur, vt digne quis ad hoc Sacramentum accedat. Qui vero ſine hac diſpoſitione accedit, proculdubio indigne accedit, & de eo inquit

inquit Paulus: Qui indigne manducat, iudicium ſibi manducat: illamque diſpoſitionem deſiderat idem Paulus, quum ait, probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, &c. In hac etiam diſpoſitione includuntur omnia quæ ſacri doctores ad dignam Sacramenti huius ſumptionem requirunt: quod ſi in aliquibus ſuar doctri-næ locis eximias quaſdam virtutes deſiderate videntur, eas non tanquam neceſſarias, ſed tanquam conducibiles exigere arbitramur, ſiquidem quæ maior eſt recipientis diſpoſitio, eo benignius ſua dona liberaliſſimus Dominus confert.

Ex his illud efficitur, Imperfectionem virtutum & deuotionis ac reuerentiæ diminutionem (quæ non excludit hanc dignitatem) non reddere hominem indignum ad ſumptionem huius Sacramenti, immo poſſe fruſtuoſe vilitate accipere cum ea diminutione reuerentiæ ac deuotionis, quæ in ipſa ſumptione ſolent ſæpenumero vi Sacramenti donari & augeri.



Quam grauius peccent, qui indignè ad Eucharistia Sacramentum accedunt.

CAPVT II.

EXcellentissima huius Sacramenti dignitas nobis ostendit, quam flagitiosum est ad illud sine dispositione & dignitate (iuxta tertio modo dicta) accedere quod & magis nobis constabit, si intenta mentis acie consideremus in eo sumi Christum Deum, ac redemptorem nostrum, qui cum sit summa aequitas, nihil æquè odit ac iniquitatem & peccatum. Odio enim sunt Deo similiter impius & impietas eius, vt inquit Sapiens, Sap. 14. Psal. 5. Exod. 23. 1. Cor. 6. Et in Psalmis dicitur: Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Et Dominus per Moysen auersatur impium: Et merito quidem. Quis enim est, inquit Paulus, participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad 1. Cor. 11. Bestial? Idem quoque Paulus alibi docet, cum ait: Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: id est, iuxta glossam, sua mädicatione se dignum damnatione efficit. Et Chrysostomus: Sacrificium hoc (inquit) cibus est spiritualis.

Sicut

Sicut corporalis cibus dum ventrem intuerit aduersis humoribus occupatum, amplius lædit magisq; nocet, & nullum præstat auxiliũ, ita vt hic spiritualis cibus, si aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdet, non sui natura, sed accipientis vitio.

Bernardus etiam de modo viuendi ad fororem, sermone de communionem, ait: Ergo quid manducat peccator, & quid bibit? non vtique carnem & sanguinem spiritualiter ad suam salutem, sed iudicium ad suã damnationem: licet videatur cum cæteris Sacramentum altaris percipere. Et in eodem sermone: Corpus Domini sine dubio est vita illis quibus CHRISTVS est vita: Illis vero est mors, qui per culpam & ignominiam ac negligentiã membra sunt diaboli. Ad hæc, quam graue sit scelus, quantamq; perniciẽ indigna huius sacramenti sumptio secum afferat, inde colligitur, quod à sanctis Iude prædicationi cõparatur. Vnde B. Hieronymus in quadam epistola ad sacerdotes: Dic inquit, quisquis fueris, qui Sacramenta sumis, qualiter cum eis labiis filium Dei oscularis, quibus osculatus es labia meretricis? O Iuda filium Homini osculo tradis: Et Beatus Augustin. Non minus peccat, qui tradunt

Bernard.

Indigna
Eucharistia sum-
ptio Iude
prædicationi
similis.
Hierom.

August.



Christum peccatoribus membris quam qui Christum tradiderunt crucifigentibus Iudæis. Tradiciunt enim hi Christum in peccati locum, qui est in potestate dæmonum: sicut Iudas tradidit ipsum manibus iniquis Iudæorum. Beatus etiam Remigius: Væ, inquit, tradentibus Christum ad crucifigendum, sed Væ cum maligna conscientia sub Sacramento sumentibus illum: Illi etsi non tradunt Iudæis ad crucifigendum, tradunt tamen ipsum membris inimici ad sumendum. Et B. Bernard. in sermone de cœna Domini, qui enim secundum carnem viuunt, & post carnalia euagantur, catena vitiorum compediunt, cum Iuda proditore venenum accipiunt, spiritualis suspendii laqueum incurunt, grauissimè damnandi, tum pro multiplici reatu, tum pro Sacramenti contēptu, quod reuera accipiunt, sed essentia, non salubri efficacia. Beda quoque ait: In sempiternum vobis homini illi, qui ad mensam Domini indignè accedit: ille enim in exemplum Iudæ filium Hominis tradit, non Iudæis quidem peccatoribus, sed peccatoribus membris, scilicet Iudæis, qui Dominici corporis Sacramentum accipere temerarie præsumunt.

Com.

Comparatur etiam a Doctoribus indigna sumptio peccato crucifigentis Christum, sicut enim crucifixores Christi, qui sponte ex nimia charitate vitam suam pro salute hominum profunderè volebat, ipsum malignose in suam perniciem occiderunt: ita & indigne communicantes passionis Christi memoriale, quod ipse vt medicinam salutarem in peccatorum expiationem in nimio amore reliquerat, quantum in ipsis est, euacuant; non sibi ad salutem, sed in interitum sempiternum sumentes. Et quidem Iudæi, si Regem gloriæ cognouissent, numquam utique crucifixissent: Tu vero, quoties indigne sumis hoc salutare Sacramentum, quantum in te est, & sciens, & volens, toties Christum cruci affigis. Ad hæc, non nisi puros integrosque & ab omni peccati labe immunes, ad sacrosanctum Eucharistiæ mysterium accedere oportere, in Exodo significatum est: cum

Indigna communicatio peccato Iudæorum crucifigentium similis.

Exod. 30

Aaron eiusque filijs præceptum fuit, ne tabernaculum testimonij accessuri ad altare, vt in eo domino thymiama offerrent, nisi prius manus, ac pedes lauissent, ingrederentur. Quod si tanta corporis munditia ad altare thymiama accessuris ne-

L



cessaria erat, nos, qui in lege gratiæ sumus, illotis animis ad Christi corpus sumendum accedemus? Idem & in Leuitico præsignatur, ubi legitur: Si quis de semine Aaron maculam habuerit, non offerat Deo panes, neque ad mysterium eius accedat. CHRISTVS etiam, apud Ioannem, corpus suum discipulis, nisi prius lotis eorum pedibus tradere noluit. Quare satis profecto declarauit, ante prauos animorum affectus esse purgandos, quam ad sacram ipsius corporis sumptionem accedatur. Idque nobis significare ipsum voluisse, inde colligitur, quod cum non venisset discipulos suos communes cibos illotis manibus sumere, ad hoc Sacramentum non nisi lotis pedibus, id est, prauis affectibus purgatis, eos accedere passus est. Quos quia Iudas mundos ad illius sumptionem facta externa pedum lotionem, non habuit, miserimum sortitus est exitum: siquidem

1. Cor. 11

laqueo suspensus, ad inferos, æternis cruciatibus torquendus, est deturbatus. Et Paulus, quod periculum eos maneat, qui impura mente Eucharistiæ Sacramentum accipere audent, memorat: Ideo

in: et

inter vos (inquit) multi infirmi & imbecilles, & dormiuat multi. Ex his, & aliis, quæ breuitatis causa prætermitto, satis constat, quam nefarium sit scelus, tam dignum sacramentum indige sumere. Hæc autem attuli, ne, qui frequentationem illius reprehendunt, eos nos probate existiment, qui obsecrao ore & immundo corde accedunt: cum ipsos maxime vituperemus, & horremus vnumquemque cum Paulo; Vt probet seipsum homo, & sic de pane illo edat. Probet se inquam, per veram contritionem, & integram suorum peccatorum confessionem; probet se per deterioris vitæ in vitam sanctam, in vitam tanto hospite dignam mutationem. Neque enim in eo versatur querensio, An impius & indignus frequentando hoc Sacramentum melius agat, quam abstinendo: iam enim ex supradictis constat, eum non solum non melius agere, verum iniquissime agere, si vel semel accipiat. Sed quod hic queritur, est, An existens in eo statu, in quo potest laudabiliter communicare, melius ac. u. & uosius agat, frequentando talem comunione, quam abstinendo ab ea, & non nisi semel vel iterum in anno communicando. L 2

*Argumenta aduersariorum, & ad illa
responsiones.*

CAPVT III.

SIC intellecta quaestione, nonnulli, qui sibi religiosi videntur, rectius ac vilius esse arbitrantur, a frequenti communione abstinere, quam frequenter communicare: reprehenduntque vehementer eos, qui contra sentiunt, quique sacram ipsam communionem frequentant; suamque opinionem multis rationibus probare nituntur, quas nos ordine singulas proponemus, propositasque dissoluemus: ex quibus apparebit, quam infimo fundamento fulciantur, ad asserendum dogma adeo paradoxum, vt fere idoneus auctor, siue priscos patres maioresque, siue recentiores scriptores intuearis & consulas, nullus inueniatur, qui hac in re non vehementer ab istis dissentiat.

*Prima
extra fre
quentem
commu
nionem
abstinctio*

Sit igitur haec prima ratio; Christum Dominum semetipsum in Sacramento non nisi semel, idque in vltima coena post institutionem illius tradidisse: non debere igitur nos ad hoc sacrosanctum mysterium tam frequenter accedere.

Ad

Ad quam responderetur: Agnum paschalem figuram fuisse mortis Christi, & huius sacramenti: quatenus autem sacramenti huius figura fuit, impletam fuisse in vltima coena, cum hoc Sacramentum Christus instituit, suisque omnibus Apostolis tradidit: & cum statim faceret subsecuta mors, non oportuisse hoc ipsum eisdem iterum tradere: quamquam reuera ex sententia Chrysostomi & Augustini, & aliorum grauissimorum doctorum, Christus post resurrectionem duobus discipulis, quibus Emaus petentibus se comitem adiunxit, communionem tradidit, vbi Dominum illi in fractione panis agnouerunt. Verum satis hanc frequentationem probasse videmus, cum inter cenandum instituto iam sacramento, datoque discipulis suis, hortatus est eos, viderem facerent. Hoc facite, inquit, in meam commemorationem. Quod & ipsi accurate satis seruauerunt, vt ex Apostolicis Actis, & ex Paulolo mox ostendemus.

Deinde vulgata illa prolucent exempla: B. videlicet Marcus Euangelistam sibi pollicem amputasse, vt sacerdotio ineptus reperiretur, auctore Hieronymo in Hierony

L 3

Respon-
sio.

Chry-
sost. ho-
mil. 17.
in Matt.
Aug. li. 2
de co. En
angel.

Luc. 11.
1. Cor. 11.

Secunda
obstectio





prologo in Marcum. Beatum etiam Franciscum, aliosque sanctissimos viros ob tanti reuerentiam Sacramenti sacerdotium recusasse. Beatum quoque Benedictum diu a communione abstinuisse. Ergo nocentissimos non debere ad illud tam audacter accedere.

Respon-
sio Ger-
soni.

Sed facile est cum Gersone cancellario Parisiensi respondere: Facta quorundam sanctorum pia interpretatione venerari & admirari magis, quam imitari nos oportere: sunt enim dona & vocationes in diuersis, prout spiritus sanctus vult. Varia namque operatus est Dominus in sanctis suis, in quibus semper vbique est mirabilis, ad commendationem diuini sacramenti virtutum. Nam contra Diuum Gregorium 4. Dialogo narrat, Cassium Episcopum Namiensem, qui quotidianum sacrificium Deo offerre contueuerat, seque in lachrymis inter ipsa sacrificiorum arcana maclabat, mandatum Domini accepisse, dicentis: Operare quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua, natali Apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam: Et unquam post septem annos ipso Apostolorum

Grego-
rius.

lorum natali, cum Missarum solemnia peregrisset, confestim migrasse ad Dominum. Hinc igitur intelligi debet hanc Deo in vno, illum in alio placuisse virtutem. Ceterum etsi in illis sanctis humilitas & modestia laudatur, qua Sacerdotium propter dignitatis magnitudinem recusarunt, non inde sequitur eos non frequenter communicasse: immo constantissime credendum est, Beatum Marcum aliorum Apostolorum traditiones, & consuetudinem nascentis Ecclesie secutum fuisse, in qua frequentabatur communio, vt est in Actorum secundo capite, vbi legitur: Omnes fideles erant perseuerantes in doctrina Apostolorum, communicatione, & fractione panis. Et hunc fuisse morem & disciplinam surgentis Ecclesie, postea pluribus ostendemus. Beatum quoque Franciscum pie credere possumus, vt erat religiosissimus, frequenti communione usum fuisse. Quod si Beatus Benedictus legitur diu abstinuisse a communione, id non eo fecisse existimamus, quod timeret ad hoc sacramentum accedere, quose, cum instare mortem videret, tam pie ac religiose communiis

Act. 4. 2.



sed cum in vastam solitudinem secedere decreuisset, ubi diu ab hominum semotus consuetudine latuit, Sacramentali uti sumptione non potuit, sed spiritali tantummodo fruebatur. Cum vero ad cœnobium communem cum aliis vitam acturus se contulit, non dubitamus, quin pro ipsius in Christum deuotione ad pristinam illius frequentationem redierit, qua ante discessum ad eremum usum eum fuisse constantissime credimus. Quod si aliter se res habet, non ideo frequens sacræ Eucharistiæ usus reprehendendus est, quem tot sanctissimi, ac doctissimi Patres uerbis, rebusque gestis ac moribus (ut postea docebimus) tantopere commendauerunt.

Obiectio
tertia.

1. Cor. 17

Ecd. 9.

Ecd. 3.

Respon-
sio.

Aliud præterea: Paulus monet, ut probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, &c. Hæc autem probatio, quæ adhibetur, ut digne quis accedat, & non sibi iudicium manducet, difficilis est & periculosa: quia nemo scit utrum amore, vel odio dignus sit. Er: Qui emat periculum, peribit in illo. Ergo tutius est rati, quam sæpe communicare.

His, quæ in tertio documento posuimus, hæc obiectio labefactatur. Probatio enim

enim quam requirit Beatus Paulus in peccatore, est diligens conscientiæ examinatio, & omnium mortalium peccatorum contritio, cum firma uitæ corrigendæ deliberatione, cumque integra eorundem confessione. Vel in iustificato, fides, quæ per dilectionem operatur, quam scholastici doctores fidem formatam vocant. Qui hoc ex animo fecerit, confidens magis Christi gratiæ, quam sibi, satis probatus accedit. Neque enim in hac probatione certitudo aliqua supernaturalis desideratur, quæ se a peccato vacuum, vel Deo gratum esse cognoscat: quia hæc habetur solum per reuelationem: nec requiritur certitudo naturalis quæ habetur de necessariis vel contingentibus per experientiam cognitis: sed satis est certitudo moralis, quæ ex probabilibus coniecturis existit, qualis sufficit in mortali negotio, & actib. humanis, ut ait philosophus in Ethicis. Et hæc certitudo satis habetur per probationem iam positam. Nec ea probatio est adeo difficilis, si modo diligentiã adhibere quis uelit: Quod si aliquo modo difficilis est, longe profecto difficilior est ei, qui semel tantum in anno Eucharistiã sumit: cum ex doctrina sanctorum nulla uia

Certitudo dignitatis quæ
lis requiritur.



fit ad bene se disponendum facilior, quam frequens huius Sacramenti perceptio. Ad illud Ecclesiastica, Nemo scit utrum amore, vel odio dignus sit. Responderi potest, primo, loqui eum de amore, vel odio finali: ut ex sequentibus in eodem contextu colligitur: sed omnia in futurum seruantur incerta. Vel potest dici, ne in eum scire certitudine supernaturali, ut superius dictum est, sed certitudine morali facile posse: & hæc per se satis est, ut quis probatus accedat neque amat periculum qui sic accedit. Nam ægrotus, qui de optimi & peritissimi medici sententia consilioque accipit medicinam, ne utiquam se periculo mortis exponet: sed contra potius optima ratione salutis consulit, vitamque suam tuetur.

Obiectio quarta. August.

Obiiciunt adhæc Augustinum in libro de Ecclesiasticis dogmat. ita scribentē: Quotidie Eucharistia: communione accipere, nec laudo, nec reprehendo. Ergo, ne se exponat periculo peccandi, melius est abstinere, quam communionem frequentare.

Responsio.

Ad quam rationem primo dicimus, librum illum de Ecclesiastic. dogmatibus multorum doctissimorum virorum iudicio ex Augustini officina non prodidisse, sed ab Alcuino

Alcuino esse conscriptum, ut colligitur ex Io. Tritemio, de scriptoribus Ecclesiastic. Idque quam verum sit, vel ex eo intelligitur, quod ipse August. in multis locis suis doctissime quotidianam assumptionem sanctissimæ Eucharistia: vel probat, ad eamque Christianos ahortatur, vel certe vnumquemque agere pro sua fidei deuotione permittit, ut postea planius ostendemus. Sed sic cuiusvis ille liber, siue Augustini, siue Alcuini, certe illa auctoritas, quam aduersarii magni faciunt, tantum abest, ut nostro proposito aduersetur, ut etiam maxime hanc, quam nos asserimus, veritatem confirmet. Vbi enim dicit, Quotidie Eucharistia: communionem accipere, nec laudo, nec reprehendo: statim subiungit, Omnibus tamen diebus Dominicis communicandum suadeo & hortor, si tamen mens sine affectu peccandi sit. Ex quibus verbis, Dominicis saltem diebus frequentare communionem laudabilius erit, quam abstinere, cum id ad nos ille auctor hortetur. Et hoc est, quod præcipue in proposito quaestione versatur. Præterea postquam hic dixit, Quotidie comunio-

Ioan. Tritemius.

August. epi. 128.



Eucharistiam, alius affirmat quotidie, faciat vnusquisque quod secundum suam fidem pie credit esse faciendum. Itaque si Augustinus non reprehendit quotidie communicantes, sed, vt faciat vnusquisque quod secundum suam fidem pie credit esse faciendum, suadet: quare tu tam facile ac temerarie reprehendis eos, qui ex deuotione, & secundum suam fidem pie quotidie volunt communicare? Vt eodem argumento utamur, quo beata Catharina Senensis vsa est, cum cuidam tam frequentem communionem hac Augustini auctoritate sibi obiciēti, coram multis (vt in vita ipsius scribit Beatus Antonius) ita respondit: Ex quo Augustinus non me vituperat in dictis suis, quare vos, Pater Reuerende, me vituperatis? Quod si Augustinus (vel quicumque alius fuit ille author) nec laudat, nec reprehendit quotidie communicantes, id non ideo fit, quod minus præstet quotidie communicare: sed quia cum sit ea res ex his, quæ in vtramque partem torquentur, potest bene & male cum fructu & cum pernicie sumi; Vt enim est vita bonis, ita etiam mors est malis. Neque vero, si ex fide & deuotione quis sumat, non bene & cum vberissimo fructu sumit? *Quare desin-*

Beata Ca
tharina.

desinant passim obicere huius Doctoris auctoritatem, qui cum aperte contra ipsos faciat, nostramque veritatem confirmet, vel in hoc isti suam incertitiam, vel deprauatum affectum produnt. Quanto rectius agerent, si discussis iam salutaris tenebris, præsentē hac veritatis luce, nobiscum, imo vero cum omnibus Orthodoxis Catholicisque Doctoribus sentirent, ac omnes vna cum eximio illo Doctore hortarentur, vt dominicis saltem diebus communicarent, gustarentque quam suavis est Dominus.

Adducunt etiam aliqui contra frequentem communionem illud B. Bonauenturæ de profectu religiosorum: Vix aliquem videri ita factum esse, cui non sufficiat semel in septimana ex consuetudine communicare.

Ad quod respondemus, primum, Beatum Bonauenturam non improbare hęc, semel in hebdomada communionem; quod proposito nostro satis esset. Affirmamus deinde iis verbis frequentiore communionem minus reprehendi, si subit aliqua causa, cum ille dicat: Sufficere semel in hebdomada communicare, nisi specialis causa, vel ratio sæpius suadeat: sed tantum communionem ex consuetudine magis, quam ex de-

Obiectio
quinta.
Bonauēt
li. 2. c. 16.

Respon-
sio.



notione frequentatam, dissuadere videtur, Et hanc esse huius Doctoris sententiam ex eo perspicimus, quod paulo post mirificis sacrosanctæ Eucharistiæ: scilicet etibus enumeratis, subiungit: Salubre tamen est (inquit) & utile, quod homo sæpe se ad illius medicamenti sumptionem præparet, & quanto deuotius valet, illud percipere studeat, &c. Et post pauca: Et licet (inquit) tepide, tamen confidens de misericordia Dei fiducialiter accedat. Hæc ille. Vnde satis constat ex sententia huius viri, etsi satis sit semel in hebdomada communicare, non tamen cuiquam bene parato frequentiore communionem veritam esse. Vt si peritus medicus alicui sano diceret, satis ei fore, si bis in die comedat, non hinc vetaret, si is sanus indigentiam eibi, ad eumque in aliam substantiam conuertendam vim concoquendi idoneam sentiret, ter in die comedere, cum id etiam magno cum fructu & emolumento fore perspiceret. Quare si ad præstantiam dignitatemque Sacramenti, & ad nostram tenuitatem atque indignitatem respiciamus, satis erit nobis, non dico semel in hebdomada, sed semel in vita communicare. Si vero

CHRISTUS benignitatem & liberalitatem
vltro

vltro ad hoc sacrum conuiuium nos iniuitantis attendamus, non est, cur frequenter accedere timeamus, dum probati (vidimus) accedamus.

Adhuc contradicent, Turiore viam semper esse tenendam. Cum autem in communionem spirituali nihil, in sacramentali vero (quod magna probatio & puritas desideratur) multum insit periculi, satius esse spiritualiter sæpe, Sacramentaliter raro communicare.

Hæc ratio si aliquid probaret, etiam illud probaret, Eucharistiam numquam esse sumendam: semper enim periculum timeretur: Quo quid dici potest absurdus? Diuus veto Bonaventura hoc argumentum ita refellit: Etiam si sit securius communicare spiritualiter, quam Sacramentaliter: est tamen vtilius communicare Sacramentaliter. Potest & aliter obiectio dilui, si negetur securius esse spiritualiter quam Sacramentaliter communicare: Imo æque tutum id esse contendimus: quia dispositio interior, quæ ad dignam sumptionem spirituales requiritur, eadem ad dignam sumptionem sacramentalem satis esse putatur: propterea quod, vt digne sumatur spiritualiter, conscientiam cuiusuis

Sexta
obiectio

Respon-
sio.



capitalis criminis expertem esse oportet: & hoc satis est ad dignam sumptionem Sacramentalem, ideoque est æqualis securitas: quia dispositiones exteriores, quæ requiruntur, ut ieiunium, & alia, satis certæ sunt, & a periculo vacuæ. Præterea dicimus esse non solum æque tutum communicare Sacramentaliter, sed etiam magis, ut inquit Adrianus. Siquidem frequentius accedendo virtute operis operati Sacramenti sæpe quis, cum alioqui peccati reus esset, potius veniam peccati assequitur, quam ex sumptione non se peccato obstringat: dum tamen te, ut digne sumat, diligenter instituere, & præparare contendar. Illud namque censetur minus securum, ubi regularius accidit detrimentum: ut in spiritali sumptione contingit, in qua non confertur ea gratia, quæ in sumptione Sacramentali vi ipsius Sacramenti percipitur, nec dicendus est quis periculo se mortis exponere, ubi remedia adhibet, ex quibus se consecuturum sanitatem verisimili potest cõsequi colligere. Ut ergo is, qui se peritissimis medicis credit, etiã si mors cõsequatur, periculo se mortis obicere dicendus non est: ita qui digna prius cura diligentiaq; adhibita, de consilio Pauli commu-

Adrianus.

communicat, ei periculosa esse communicatio dicenda non est.

Addunt præterea, Qui frequenter communicat, suum cõmodum spectat: qui vero ex reuerentia abstinet. Dei gloriã & dignitatẽ Maiestatis attendit, ad quã ex humilitate veretur accedere, præstat autẽ gloriã Dei, quã suum commodum cogitare: ergo melius est abstinere, quam frequentare.

Septima obiectio

Solutio.

Ad hoc nos ita respõdemus, Ut negemus qui communicat Sacramentaliter, eum suo commodo tantum atque utilitati consulere. Imo vero multo magis diuinæ gloriæ rationem ipsum habere cõendimus. Dum enim ad hoc Sacramentum accedit, refert summam Dei charitatem, qua pro nobis dignatus est in cruce pati: refert summam potentiam, qua tam mirabiliter in tam parua Sacramenti specie se nobis præbere voluit: refert infinitam bonitatem, qua se nobis indignis in resurrectione animæ donare placuit cibum vitæ: refert denique ineffabilem sapientiam, ut nos eo ordine quo ab innocentia statu excidimus, repararet. Vnde inquit innocentius: Panem Angelorum manducauit homo, quatenus vnde mors oribat, inde de vita resurgeret.

Innocentius

M



Deinde dicunt: Non est frequenter accedendum ad communionem, ne ex frequentatione ad contemptum tam pretiosi muneris veniamus. Nimia enim familiaritas, (vt vulgo dicitur) parit contemptū. Ergo rarius est accedendum, vt reuertius accedat.

Solutio. Respondetur, Et si apud vulgares homines familiaritas solet parere contemptum, inter sapientes tamen ac perfectos longè aliter euenit. Quo enim magis alicuius virtutes præstantiamq; perspicitur, tanto magis eum admirantur ac venerantur. Sed cū pro conditione huius miseræ vitæ nullus a deo sapiens atque perfectus inueniatur, quin aliquo defectu, qui per nimiam familiaritatem sese prodit, laboret: eo fit, vt aliquando ex nimia familiaritate opinio de aliquo & existimatio minuatur. Ad contemptum autem nunquā sapiens deueniet ob quoscunq; defectus, cum nemo sit, qui sine peccato viuat Ioannis testimonio, qui ait. Sic dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Verum cum CHRISTVS DEVS ac redemptor noster infinita sit perfectio-
*ne & bonitate inexplicabili, quas nos ob no-
stræ intelligentiæ imbecillitatem, nosse q;*
virtutis

4. Ioan. 1.

virtutis angustias capere non possumus, per contemplationem & vsum huius adorandi Sacramenti propius ad illarum cognitionem accedimus, & quo frequentius illud accipimus, eo planius CHRISTI bonitatem ac beneficia nobis per ipsum collata perspiciamus: Vnde tantum abest, vt hæc familiaritas contemptum pariat (si ex fide & amore eius accedimus) vt etiam per illam infinitum diuinæ perfectionis, ac excellentiæ pelagus penetrantes, in ardentissimum illius amorem, deuotionem, cultumque rapiamur, actōi venerabundi intima animi submissione tam immensam Dei ac Christi nostri liberalitatem bonitatemque adorantes, prosternamur. Si enim Angeli, qui perfectissimè Deum cognoscunt, cum quo familiarissimè assidueque versantur, continenter laudant eius Mæstetatem, quam adorant Dominationes, ac tremunt potestates, Cherubin quoque ac Seraphin non cessant quotidie clamare, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus: quomodo nos, si tanti mysterii ratione deprehensa, perspectaque, frequenter accesserimus, tanto um bonotum largitorem ac benignissimum redemptorem cōiēmemus?



& non magis eius Maieſtatem quanta maxima poſſumus reuerētia, & religione adorabimus, & ſummam ſingularemque bonitatem ac benignitatem amplectemur?

Qua
obieciō

At qui ruruſ obiciēt, Videmus eos, qui frequenter communicant, ſecularibus negotiis eſſe diſtinctos, parumque in via Domini progredi: neque ſuam vitam excolere melioribus & honeſtioribus moribus: quæ res vel maxime populum Dei poteſt, ac ſolet offendere: cum potius (vt monet B. Auguſtinus) deberet mutare vitam, qui vellet accipere vitam.

Auguſti.

Reſponſio.

Sed reſpondetur, Experientia comperit eſſe, in eis qui hoc diuinum myſterium ex fide & deuotione frequentant, mirificam fieri vitæ morumque mutationem: cum luxuria, impudicitiam, ambitionem, ſuperbiam, auaritiã, alioſq; humanæ vitæ morbos ex animis euellant, & in eorum vitioſũ locum contrarias virtutes inferant, temperantiam, caſtitaſtem, humilitatem, liberalitatem, patientiam, rerumque mundanarũ cõtempnũ. Quod ſi aliqui earum rerum amore capti, & humanæ vitæ illecebris delinũti, & inaniſ curis oppreſſi, hanc ſacram communionem frequentant: id ceuēnit,

tenit, quia hos non fides, aut erga Deum charitas, ſed potius hypocriſis, vel auaritia ducit: Quales ſanè, ſi modo ſunt Catholici, pauciſſimos credimus inueniri. Si vero frequentantes cõmunionem aliquando in aliquod peccatum quamuis lethale incidierint, nõ propterea debet reprehendi ſancta communio, quæ tam vberes nobis parit fructus, cum id vel ab ignorantia, vel à noſtræ naturæ imbecillitate proficiſcatur. Neque enim propterea quod frequenter quis communicat, ſtatim eſt confirmatus in gratia, vt amplius peccare non poſſit: ſed libera in eo vel bene vel malè agendi facultas ſeruetur. Petrus enim accepta communionẽ ab ipſo Chriſto, ea ipſa nocte negauit illum iureiurando affirmans atque anathematizans, ſe illum nõ cognouiſſe. Diſcipuli vero omnes eadem ſerè ipſa hora, qua communionem acceperant, relicto Chriſto, quem vſque ad mortem cõſtantiſſime ſeſe ſecuturos & nõquam negaturos promiſerant, ſuæ fidei & promiſſionis obliui, fugerũt. Permittit nanque ſuos aliquando Deus labi, vt ſuam imbecillitatem agnoſcentes, ſub omnipotentĩ manu eius humiliētur, & ad ipſum alacrius & ardentius cõuertantur. Vnde inquit Pau-

1. Pet. 4.

1. Cor. 13.



182 DE FREQUENTI

lus, Cum infirmor, tunc potens sum. Et in Psalmo dicitur, Imple facies eorum ignominia, & quaerent nomen tuum Domine. Quod si aliqui à communione ad feruilia opera, seculariaque negotia, honesta tamè atque legitima, & animum non multum à spiritu auocantia (de his enim loquimur) se referunt, eos minimè reprehendendos esse existimamus, cum in hominibus simplicibus & vulgi opinione abiectis, Spiritus ille diuinus dignum sibi habitaculum, in quo requiescat, sæpissimè parare dignetur.

Non
abiectione

Instabunt adhuc, & dicent, Si frequens communio esset adeo utilis & fructuosa, ab Ecclesia certè ea indiceretur, & in religionibus, & Cœnobiis institueretur, ac vtrparetur. Sed nihil tale præcipitur ab Ecclesia, nec in religionibus præscribitur, Ergo non videtur adeo utilis.

Solutio.

Ad quod responderetur, Initio nascentis ecclesie, in qua vigeat charitas, eam fuisse per multa tempora consuetudinem, vt quotidie, vel frequenter communicarent: vt patet ex Act. Apost. & vtpaulo post ex Hieron. & aliis ostendemus. Anacletus etiam Papa instituit ac præcepit, vt omnes fideles per-

sta

COMMUNION E. 183

sta consecratione communicarent: recusantes autem Ecclesiasticis liminibus prohiberentur. Deinde decretum fuit in Ecclesia, vt singulis Dominicis communicarent. Postea vero tepescente charitate, Fabianus Papa sanciuir, vt saltem (vt est in tit. de consecr. dist. 2. c. & si non frequentius &c. seculares) ter in anno cõmunicarent, in Pascha, Pentecoste, & Natiuitate. Demum frige-scante iam charitate, & pene extincta, Innocentius tertius edixit, vt ad minimũ semel in anno communicarent, idque in Pascha. Vbi est præcipue aduertendũ, quod quãuis Ecclesia, à Spiritu sancto gubernata toties præceptum communicandi pro temporum conditione mutauerit, nunquam tamen frequentius communicare prohibuit, sed potius ne prohiberetur, prohibuit: vt est in tit. de conse. dist. 2. c. Nõ prohibeat. Quod nos postea adducemus. Quod si hac nostra ætate antiquus ille & laudabilis mos frequentius cõmunicandi à CHRISTI fidelibus reuouatur, certè amatores passionis ei' & diuini culus, & Christianæ pictatis studiosi debeant ingentes Deo gratias agere, si quis Christianũ sapienter quõ aliqua iam felicitas illius nascentis Ecclesie peccies appareret,

Fabianus

Innocentius
3. extrat.
de pen.
& remis.
c. omnia.

M 4



& extioela pene charitas excitari, ac reuiuiscere per fidem ac deuotionem ad hoc præclarum & illustre Sacramentum inciperet. Ad id autem, quod de Religionibus dicitur, nos respondemus: In omnibus uel è probatis religionibus mori esse, ut omnes sacerdotes quotidie, aut certe frequentissime communicent. De Diaconis autem, & Laicis, eorum aliquæ statuerunt, ut singulis hebdomadibus, alia ut singulis mensibus communicent: neque prohibent frequentius accedere, si quem animaduertent in fide & deuotione duci, facta coniectura ex moribus & uita. Quod si aliquibus ira frequentis communionis interdicitur, pie credendum est, illos humilitate, uel aliqua honesta ratione duci, ut periculis, quæ aliquando à malitia hominum proficisci solent, prouideant: quod tamen non est adducendum pro uersali documento, cum innumerabiles partes, ac religiosi uiri ad frequentationem communionis sæpe monachos adhortentur: in quibus est Beatus Apollonius, qui (ut est in uicis Parum) monebat, ut, si fieri posset, Monachi quotidie communicarent: ne si quis longe se à sacramento subtraxisset, subtraheretur à Deo. Et Diuus Hieronymus,

Apollonius.

Hieron.

nymus, qui in regula ad Eustochium, c. 19. idem facit, ut suo loco docuimus.

Affirmant quoque, abstinentiam esse à frequenti communionem, quod ex ea (ut ipsi putant) reuerentiæ, & erga tantum Sacramentum cultus imminuit: sequatur: & ex sententia Doctorum, illi, qui diminutionem reuerentiæ, ac deuotionis in frequentatione, Eucharistiæ sentiunt, debent abstinere ut postea reuerentius, religiosiusque accedant.

Ad hoc nos dicimus, D. Thomam in 4. Responsent. distin. 12. (unde aduersarii materiam ^{ho.} obiectæ rationis sumperunt) ita scriberet in hoc sacramento duo requiruntur ex parte recipientis, scilicet desiderium coniunctionis cum CHRISTO, quod facit amor, & Reuerentia, Sacramenti quod pertinet ad donum timoris: Primum horum incitatur ad quotidianum huius Sacramenti frequentationem, sed secundo retrahitur: sed si aliquis experientia comperisset ex quotidiana sumptione augeri amoris feruorem, & reuerentiã non minui, talis deberet quotidie communicare: si autem sentiret per quotidianam frequentationem reuerentiã minui, & feruorem non multum augeri, talis

commu-
nicantis
requiritur



deberet aliquando abstinere, vt postmodum cum maiori reuerentia ac deuotione accederet. Vnde quantum ad hoc, vnusquisque iudicio suo relinquendus est. Ex quibus verbis Thomæ, cum dicit: Si quis ex quotidiana sumptione sentit, in se augeri amoris feruorem, & reuerentiam non minui, debet quotidie communicare: colligitur, falso illud dici: Qui frequenter communicat, semper diminutionem deuotionis & reuerentia sentiet. Alioqui distinctio D. Thomæ esset nulla, si nemo id augmentum ex frequentatione sentiret. Quæ sententia præterquam quod temeraria est, & contra mentem tanti Doctoris, immunerabiles etiam religiosos ac seculares homines damnaret, qui quotidie, aut frequenter cum magno (vt credendum est) fructu & deuotionis augmento communicant. Deinde cuperem exte scire, vnde nosceas eos, qui quotidie communicant, tale deuotionis augmentum non sentire? cum & ipsi dicant se illud experiri, ac ideo frequenter accedere: & D. Thomas vna cum Augustino moneat, vnusquemque relinquendum esse suæ discretions iudicio: Quod si tu tale augmentum non sentis, abstinere in Domino, nemo cer-

te molestus tibi erit: tu modo alios suæ discretions iudicio relinques. & tam cœlesti dono, & interna cōsolatione frequenter gaudeat permittas. Præterea cū D. Thomas ait: Qui sentiret per talem frequentationem reuerentiam minui, & deuotionem non augeri, debet aliquando abstinere, non hoc dicit: Debet abstinere per annum, vel per menses, aut aliquod longū tempus: sed aliquando, id est, tantisper, dum se præparat, vt reuerentiæ deuotiusq; accedat. Ad quam præparationem non requiruntur anni vel menses, sed quoduis tempus quantumuis breue, satis erit. Non enim temporis longitudo facit hominem reuerentem vel deuotum, sed tum præparatio per considerationem tantæ maiestatis, suæque propriæ vilitatis, & indignitatis cognitionem, tum vitæ deterioris in viam meliorem mutatio. Quod summa quadam cum pietate nos docet B. Ambrosius, cum ait: Sic viuere, vt merearis quotidie accipere: qui non metetur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. Aduertendum tamen est, quamuis D. Thomas fuerit in eâ sententia, probabilis quidem, & quæ minime cōtra veritatem nostram faciat, esse tamen multos alios doctissimos viros, qui ita asserant, quâuis

Amb. li.
5. de Sa-
cramen.
c. 4.



B. Bonau-
en. lib.
2. de pro-
fecti. re-
ligiosior.
sap. 87.

188 DE FREQUENTI

aliqui non sentiant augmentum deuotio-
nis, ac reuerentia; immo diminutionem
potius (dummodo abstinet contemptus) non
debere hos propterea à frequenti commu-
nionem abstinere: quia insignis & singularis
deuotio ac reuerentia, non sunt necessaria
ad dignam sumptionem, vt in tertio docu-
mento planum fecimus. Vnde B. Bonauen-
tura in rebus spiritualibus versatissimus & in
primis deuotus, de huius sacrosancti myster-
rii frequentatione loquens, sane quam pie
ac religiose nos admonet: Et licet (inquit)
quandoque tepide, tamen confidens de mi-
sericordia Dei, fiducialiter accedat. Quia si
se indignum reputat, cogitet quod tanto ma-
gis eget & necesse habet requirere medi-
cum, quanto magis senserit se aegrotum.
Non enim est opus valentibus medico, sed
male habentibus. Neque ideo quaeris te
iungere CHRISTO, vt tu cum sanctifi-
ces, sed vt tu sanctificeris ab illo. Et subiun-
git: Neque propterea praetermittenda est sa-
era communio, si quandoque non sentit ho-
mo specialem deuotionis gratiam, cum se
ad illam praeparare studet vel in ipsa per-
ceptione, vel post forte minus deuotum se
sentit, quam vellet. Vides quanta verborum
pietate

COMMVNIONE. 189

pietate nos Doctor hic doceat, praetermit-
tendam non esse communionem, quamuis
in ipsa perceptione, vel post tepidos & mi-
nus deuotos nos sentiamus, cum ad eam
nos praeparare studemus: Nimirum propter
multiplicem virtutum & donorum gra-
tiam, quae in ipsa perceptione ab omni-
potente Deo nobis benignissima conferun-
tur. Quod si saepe à nobis ea non ita perspi-
ciuntur, ac sentiuntur, non propterea minus
à Deo tribui dicere possumus. Nam (vt sa-
pienter Beatus Laurentius Iustinianus scri-
bit) quemadmodum corporalis cibus nos
alit, etiam si non sentiamus: ita Eucharistia,
nobis quandoque non sentientibus, gratiae
incremento & multorum munerum copia
diuinitus animam reficit atque corroborat.
Quare non sequitur illud, quod ab aduer-
sariis significari videtur, eam videlicet gra-
tiam & dona minus conferri, quod ali-
qui in Eucharistiae sumptione illa non sen-
tiunt.

Postremo instant: Qui raro accedunt ad
hoc Sacramentum, magna cum deuotione
accedunt: qui vero saepe, frigide & induo-
te accedunt, ex quadam potius consuetudi-
ne, quam ex deuotione, vt videmus in mul-

Laurent.
Iustinia.

Vnde et-
ma obio-
tio.



tis sacerdotibus, qui ex obligatione, aut spe
lucri celebrant, adeo irreuerenter & inde-
uote, ac si agerent quoduis aliud opus quan-
tumuis profanum, in suam perniciem, ma-
gnamque offensionem populi Christiani.
Quare liquido constat, melius esse raro
ad communionem, quam frequenter ac-
cedere.

Solutio.

Hoc vero, quod aduersarii pro firmissi-
mo suæ obiectionis fundamento constitur-
unt, nos vt falsum omnino reuicimus: ne-
gamusque eos, qui raro accedunt, cum ma-
gna deuotione accedere: eos vero, qui fre-
quenter communicant, frigide & indeuote
communicare: cum contrarium fere quo-
tidiana experientia vetius esse comperia-
mus. Videmus enim frequenter acceden-
tes, multis cum lachrymis suspiriisque ac-
cedere, quæ satis indicant eos ex fide & in
Christum amore accedere: cum è contrario
eos, qui raro vel semel in anno communi-
cant, frigide & sine gustu magisque ex con-
suetudine semel in anno communicandi,
quam ex vero cordis affectu & amore in
Christum Saluatorem nostrum, qui solus excitare
potest in pectoribus nostris spiritum deuo-
tionis, & compunctionis, communicare ve-
deamus.

deamus. Et quia aduersarii in hac ratione
magnum disputationis suæ robur, velut in-
tutissima arce ponunt, non graua bor argu-
mentum hoc paulo latius explicare, vt ipsi
(si velint sanis oculis intueri) perspiciant,
quam in firmo argumento & ratione niten-
tes, tam infesto animo rem à doctissimis &
religiosissimis quibusque viris nunquam
suis pro dignitate laudatam & comproba-
tam vituperent. Ac primo dicimus, nos non
probare, immo maxime vituperare merce-
narios Sacerdotes, qui nullâ tanti Sacra-
menti deuotione ac reuerentia, & tantum
spe lucri celebrant in dedecus Sacerdotalis
dignitatis, in quorum promotione si serua-
reut Ecclesiastici Canones, satis esse huic
malo prouisum. Verum vehementer ho-
rum hominum miror pietatē, qui propter
Sacerdotis vitium tanto studio damnant rem
omni laude dignam: & quia aliqui indigne
accedunt ad hoc sacrosanctum ac venerabile
Sacramentum, ideo frequentem illius usum
sine discrimine petulosam affirmant: quasi
vero non eadē ratione contra eos dici possit,
illius usum vel semel tantum in anno im-
probandum esse, quia multi peccatorum ma-
culis inquinati, quales sunt concubinarii,



fornicatores, v'urarii, vel aliis vitis obstri-
cti, ad illud impie accedunt, ne scilicet mi-
nus religiosi, minusque Christiani videan-
tur, non autem pietate, odioque peccator-
um adducti. Sed absit, vt rem tam vilem
ac fructuosam ob malè vtentium impietate
tem damnemus. Alioqui nonne eodem ar-
gumento isti quotidianum vsum panis &
vini periculosum probarent esse, quia multi
illis abutuntur, dum aut ebrii fiunt, aut se-
epulis ingurgitant? Nonne eadem ratione
Theologia, & alia honestæ disciplinæ mala
essent, quam tam multi eas ad suam & alio-
rum pestem, perniciemque conuertant?
Vitiū igitur paucorum, quod non ex ipso
re, sed ex praua ipsorum voluntate oritur,
non debet in argumentum ad impro-
bandam sanctæ Eucharistiæ frequentatio-
nem adduci: præsertim apud pios & reli-
giosos homines, qui magna cum deuotio-
ne, & non minori cum fructu ad illam ac-
cedunt. Quod si dimissis paucis illis merce-
nariis ac perditis hominibus, ad alios Sa-
cerdotes tam religiosos, quam seculares
respiciamus, quis non videt quanto cum
fructu ac deuotione hoc mysterium fre-
quenter celebrent? Si vero dimissis presby-

teris

teris, velimus conuertere oculos ad laicos,
religiosasque ac seculares feminas, quis nõ
eorum, in accedendo ad hoc venerabile
Sacramentum, deuotionem, pietatem, at-
que religionem vspectiat? cum præsertim
illorum facies vberissimis perfusa lachry-
mis hæc eadem sæpe testetur? Qua enim
alia vi quisquam ad opus tam arduum ac
laboriosum, nisi religione & Christi amo-
re impelleretur? Quanto vero cum fru-
ctu accedant, norat qui accipiunt. Est
enim hoc manna illud absconditum, &
calculus candidus in quo scriptum est no-
men nouum, quod nemo scit, nisi qui ac-
cipit. Certe ex vita & motibus illorum fa-
tis perspicitur, quantum in eius frequen-
tatione proficiant. Quod si nonnulli ex
consuetudine vel hypocrisis magis, quam
ex deuotione ad hoc sacrum mysterium
frequenter accedunt, & propterea frigide
& in deuote accedunt, admonere aduersa-
rios volumus, a nobis eiusmodi homines
nullo pacto probari, aut defendi, quos in
secundo capite grauissimis testimoniis du-
cti, extrema damnatione dignos æternis-
que suppliciis obnoxios constantissime
iudicauimus. An vero ita deprauato ani-

Apoç. 2.

N



roo aliqui accedant, non facile esse iudicandum: ne, dum alios iudicamus, nosmet ipsos condemnemus. Si vero imporrune adhuc obicias, indignum esse, ut qui hoc dignissimum Sacramentum frequentant, sine reuerentia & deuotione accedant. Nostibi respondemus, si probati accedunt (de iis enim in præfenti disputatione loquimur) vti que ex fide, & spe, & charitate accedent. Fieri autem non potest, ut qui iis virtutibus instructi accedunt, non etiam cum deuotione & reuerentia, tamquam illarum fructu, accedant. Quæ est mulorum doctorum sententia, & eorum maxime, qui Contemplatiui vocantur, quibus in hoc genere, ut artis suæ peritissimis & exercitatissimis, summa fides adhiberi merito debet.

Probationes ad confirmandum frequentem Eucharistiæ usum, tum ex Sacra scriptura, tum ex veteri Ecclesie iam in de ab Apostolorum temporibus consuetudine, et auctoritate de prompte.

CAPVT IIII.

IAM vero, quoniam aduersatorum objectionibus & argumentis satis esse respondensam videtur: reliquum est, ut ad ipsam veritatem

veritatem, quam tuemur illustrandam accedamus: hoc est, sanctissimæ Eucharistiæ frequentationem, præcipue singulis hebdomadibus (quod est nostri, ut iam iam diximus, institui) laudabilem, vilem, maximeque fructuosam esse, & ab omnibus doctis & Catholicis viris summe probatam ac commendatam, immo non solum vilem, sed magis vilem ac fructuosam, quam abstinentiam ab ea, cæteris partibus, sine controuersa esse. Quam doctrinam spero me per gratiam Domini nostri IESU CHRISTI, in magnam consolationem frequenter accedenti ad hanc sacram Synaxim, augmentumque deuotionis ipsorum, ira comprobaturum, ut nulla aduersariis tergiversatio relinquatur. Idque planissimè fiet tam testimoniis scripturarum, quam Catholicæ Ecclesie consuetudine, ac doctrina communique fere omnium sanctorum Patrum, tam Græcorum, quam Latinorum consensu, & firmissimis validissimisque rationibus: quarum permixtæ probant frequentem usum, non solum semel in hebdomada, verum etiam quotidie communicandi, præsertim in hominibus a vulgari



communique vita semotis, & in negotiis secularibus ac profanis non multum occupatis. Fatemur tamen, in introducenda in populos fideles frequenti communione, rationem vel maximam temporum, locorum, & personatum habendam, ut sine scandalo, rixa, & contentione, & cum quam maximo potest fructu, atque ædificatione introducatur, atque recipiatur. Illud etiam affirmamus, in quibusdam regionibus, ubi consuetudo communicandi non viget, usum frequentis communionis differre satius esse, quam cum pusillorum ostensione inducere: tantisper tamen, dum & per verbi divini concionatores, vel piorum hominum consuetudinem tam præpositi, quam subditi, bene de veritate atque utilitate eius frequentationis edocuit, eandem cum gaudio ac spirituali consolatione recipiant; & alii aliorum exemplo ad salutiferam huius Sacramenti suspensionem ducantur, & inuitentur. Cum enim populus rudis, & ad divina munera cognoscenda tardus sit, aliquorum magis exemplo, quorum cor tetigerit Dominus, commoueri, quam disputationibus rationibusque impelli solet. Cauendum etiam

iam est, ne ab ea frequentia abstinentes reprehendantur, vel irriterentur, sed potius in spiritu lenitatis edoceantur, & informentur. Quæ omnia (ne singula persequamur) pio & prudenti dispensatori cognoscenda, consideranda, & exequenda relinquimus.

Nunc tempus postulari, ut ad propositæ veritatis probationem accedamus. Et quoniam in veteri Testamento hoc dignissimum Sacramentum, & Spiritus sancto multipliciter est designatum: non erit abs re, aliqua ex multis loca citare, quæ sacri Catholicique Doctores ad illud retulerunt. Ex quibus probare possumus, quam utilis & fructuosa sit illius sumptio: vnde David inquit: Percussus sum ut fœcum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum, id est sacram Eucharistiam sumere. Quod si ex obliuione & abstinentia illius, tam miseri sequuntur effectus; cõsentaneum erit, ut ex frequenti illius usu optimi fructus percipiantur.

Idem etiam David alibi ait: Ut exhiberet faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. Quod etiam sacri Doctores de Eucharistia dictum interpretantur, cu-

Probationes ex veteri testamento.

Psal. 101.

Psal. 103.



ius est hic singularis effectus, ac proinde constat, quam expediat illam frequenter accipere.

Sapientia quoque clamat: Venite, comedite panem, & bibite vinum, quod miscui vobis. Quis igitur erit adeo inhumanus atque agrestis, ut Sapientia, tam liberaliter alioqui nos invitans, conuiuium quam sapissime adire recuset? vnde praesertim sit salutarem animae alimoniam roburque

Exod. 16. relaturus?

Mal. 77.

Manna etiam (quod perfectissimum Sacramenti huius figuram fuisse ex tot sacrae scripturae locis constat) vilem & fructuosam eiusdem frequentationem nobis esse, quam diu in hac peregrinatione versamur, ostendit. Quid enim scriptura divina, cum narrat Moyse filijs Israel imperasse, ut tantum mannae quisque singulis diebus (Sabbato excepto) colligeret, quantum vnius diei victus desideraret? Colligite (inquit) sex diebus: in die autem septimo Sabbathum est Domini, idcirco non inuenietur: Quid (inquara) diuina scriptura hic nobis significat? nisi verum illud manna, sanctissimum videlicet CHRISTI corpus in Eucharistia, singulis diebus, praeter Sabbathum

sumi

sumi posse? Hoc est, quotidie, dum per huius laboriosae ac luctuosae vitae desertum peregrinamur a Domino, vsque ad verum illud Sabbathum, cum ipsi non iam in enigmate, nec sub aliena figura, sed facie ad faciem in propria forma, sicuti est in gloria patris, videbimus: si modo Aegypto relicta, per huius mundi desertum integri & innocentes ad veram promissionis terram totis viribus contendamus.

Illud etiam maxime, quam nos tuemur assertionem, comprobatur, quod quam plurimis locis veteris Testamenti sacrosancta Eucharistia in pane, qui quotidianus est cibis, praefigetur: ut ex tribus infra citandis locis colligitur, in quibus manna illud, praecipua huius sacramenti figura, panis vocatur. Legitur enim Exod. 16. Ecce ego pluam vobis panes de caelo. Et paulo post: Dabit vobis Dominus vesperi carnes edere, & mane panes in saturitate. Et in Psalmo 77. Panem Angelorum manducauit Homo, cibaria misit eis in abundantia. Et Sapientiae 16. Pro quibus Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de caelo praestiuisti eis sine labore. Multis etiam aliis in locis panis

Exod. 16.

Psal. 77.

Sap. 16.

figura huius Sacramenti fuisse significatur: vt *Esaïæ* 30. Panis frugum tertæ erit vberimus & pinguis. Et *Leuitici* 23. Offeretis sacrificium nouum Domino ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos, de duabus decimis similæ. Idem quoque per panem, quem *Melchisedech* Sacerdos Dei altissimi, obrulit Domino cum *Abraham* reuertenti a cæde Regem benedixit: atque etiam per panem illum subcineritium, in cuius fortitudine *Elias* ambulauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vsque ad montem Dei *Oreb*: per panes demum propositionis signabatur. Quorsum igitur tot in locis sacrosancam Eucharistiam Panis præsignat? nisi vt quemadmodum sanis ac bene valentibus communis hic panis frequenter sumendus est si vitam suam tueri velint; sic Eucharistiam, illius panis expressam veritatem, omnibus bene affectis riteque paratis, frequenter sumptam, vilem ac fructuosam esse intelligamus: si figuratum figuræ respondere, cum aptissime maximeque proprie possit, oportet.

Si vero ad, nouum Testamentum veniamus,

niamus, & Dominum nostrum apud *Ioan-*
nem loquentem attendamus, profecto quam
sit nobis necessarius frequens huius Sacra-
menti vsus, intelligemus. Cum enim sæpe
per peccatum moriamur, & indigeamus
vita, accedendum sæpe nobis est ad hunc
panem, qui est vera vita, cum ipse *Dom-*
inus dicat; Ego sum panis vitæ. Et: Hic est
panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso
manducauerit, nõ moriatur. Et postea, Ego
sum panis viuus, qui de cælo descendi: si quis
manducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ.
Et: Panis quem ego dabo, caro mea est pro
mundi vita. Quis autem erit adeo arrogas,
vt sæpe hoc pane indigere se neget? Quis
adeo stultus ac demens, vt oblata sibi vita,
velit manere in morte? Et vt intelligas eum
de huius Sacramenti vsu loqui, subiungit: Ni-
si manducaueritis carnem filii hominis, &
biberitis eius sanguinem, non habebitis vi-
tam in vobis. Deinde: Caro mea vere est ci-
bus, & sanguis meus vere est potus, Qui
manducat meam carnem, & bibit meum san-
guinem, in me manet, & ego in illo. Cum
ergo sæpissime alimento indigeamus, &
opus sit nobis habere vitam in nobis, & ma-
nere in Christo, quod sit per huius Sacra-

Proba-
tiones
ex Nouo
Testamē
to.

Ioan. 6.





menti sumptionem, quis negabit frequen-
tem illius usum maxime fructuosum no-
bis esse? Qui vero aiunt Christum Domi-
num in hoc 6. cap. (quia cum multi ex disci-
pulis non plane docti de mysteriis diuinis,
audientes illa verba submurmurassent, at-
que dixissent: Datus est hic sermo, & quis
potest audire? respondit, Spiritus est, qui vi-
uificat, caro non prodest quicquam: Verba
quæ ego loquutus sum vobis, Spiritus & Vi-
ta sunt) non de Sacramentali, sed de spiritua-
li sumptione loqui, iis non respondemus, &
contra vna cum Chrysof. & August. & mul-
tis aliis Patribus contendimus, Christum hæc
loqui de sumptione Sacramentali: & quod
dixit, Spiritus est, qui viuificat, caro non pro-
dest quicquam. Et Verba quæ ego loquutus
sum vobis spiritus & vita sunt, dixisse, quia
discipuli nimis carnaliter ipsius verba intelli-
gebant, et credentes eius carnem comedi o-
portere, sicut edebantur animalium carnes,
quæ dentibus conteruntur. Quos CHRIS-
TUS ab errore liberat, docens non carna-
liter debere intelligi, quæ dicuntur, sed ma-
gis spiritualiter: oportere eos videlicet com-
edere sub speciebus panis, sicut ipse postea in
ultima Cœna instituit. Et hoc modo intelle-

ctis

ctis Christi verbis sumptio Sacramentalis
est, non autem carnalis.

Idem quoque ex verbis Christi proba-
tur Lucæ 22. Postquam enim Dominus Ie-
sus confecit & dedit discipulis suis corpus
suum eisdem dixit: Hoc facite in meam
commemorationem: quibus verbis horta-
tus est eos, vt sicut ipse confecit, & dedit il-
lis, ita & ipsi facerent conficiendo ac dando
aliis sine aliqua temporis conditione: &
quotiescunque illis videretur expedire, pro
populorum vtilitate ac deuotione. Quod
ipû Apostoli postea suis temporibus dili-
genter fecerunt, vt inferius ostendemus. Si
vero Dominus noster ad frequẽtem sui cor-
poris sumptionem nos est adhortatus, quis
erit ita audax, vt damnet frequenter acce-
dentes ad mensam, ad quam Dominus tam
liberaliter inuitat?

Ad hoc etiam facit illud orationis Do-
minicæ: Panem nostrum quotidianum da
nobis hodie, Quod Augustinus ad Pro-
biam, Cyprianus, Ambrosius, ac Hierony-
mum, & multi alii Patres, de sancto Eucharistiæ
Sacramento dictum interpretantur. Voca-
tur autem quotidianus, quia eo quotidie

Luc. 11.
August.
Cyprian.
Ambros.
Hieron.



indigemus, cum quotidie Deum offendamus: quem panem docet nos Dominus petere hodie, id est quotidie. Sic enim intelligit D. Ambrosius quando ait: Quotidie si accipis, quotidie tibi hodie est. Vnde planum fit nos vtiliter & fructuose posse quotidie sumere, quod Dominus nos docet quotidie petere. Et quod satis commode de hoc Sacramento Eucharistiae id dictum intelligi possit, argumeno est, quod quem hic Lucas vocat quotidianum, Matthaeus super substantialiam appellat, si ad verba Latina respiciamus: Graecus vero codex apud virumque Evangelistam habet, τὸν ἡμετέριον, quod quidem quotidianum, & super substantialiam significat. Est autem hic maxime animaduertendum apud virumque Evangelistam praeponi articulum, ΤΟΝ, qui iuxta phrasin Graecam saepissime emphasin habet, ut hic videtur: atque ideo panem quendam excellentissimum significare. Quis autem potest alius panis super substantialis & excellentissimus peti, nisi ipsemet Christus in Sacramento sumendus, qui est panis viuus quem qui comederit, non morietur in aeternum? quae est illius vis & natura.

Paulus quoque prioris ad Corinth. 11. ait: Probet

Ambro.
lib. 1. de
de sacra-
ment.
cap. 4.

Matth. 6.

τὸν ἡμετέριον.

Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quo in loco D. Paulus hortatur omnes, ut facta probatione (de qua iam loquuti sumus) confidenter accedant. Quomodo igitur non fructuosus erit talis accessus quantumvis frequens, dummodo probatus accedas?

Idem etiam Paulus paulo superius narrans institutionem huius Sacramenti, ait Christum cum consecisset hoc Sacramentum, suisque dedisset discipulis, dixisse illis: Hoc facite in meam commemorationem. Quae verba D. Thomas, illud caput enarrans, pro frequentatione huius Sacramenti facere docet. Et ut (inquit) ostendat rationem frequentandi hoc mysterium, subiungit: Hoc facite in meam commemorationem &c.

Ex consuetudine etiam nascentis Ecclesiae ab ipsis Apostolis introducta & seruata, idem probari potest. Fuit enim tunc consuetudo, recepta (quam credimus ex verbis Christi manasse) frequenter communicandi: ut aperte colligitur ex Actis Apostolorum, ubi in concione, quam post acceptum Spiritum sanctum in die Pentecostes Petrus habuit, legitur: Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt, & appositae sunt in

Paulus 1.
ad Cor. 11

Aposto.
confue-
tudine
frequens
commu-
nio com
proba-
tur.
Acton. 2.



die illa animæ circiter tria millia: Et sequitur: Et ant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione & fractione Panis, & orationibus. Vnde iam nõ potest negari, tempore Apostolorum in ipsi primordiis nascentis Ecclesiæ, tanquam vitalem & fructiferam, siquentaram fuisse sacram Communionem. cū omnes quotquot conuertebantur ad fidem, in communicatione & fractione Panis perseverarent.

Hanc fuisse quoque consuetudinem primitivæ Ecclesiæ satis constare videtur ex prioris Pauli ad Corinthios 11. vbi ait: Convenientibus vobis in vnum, iam nõ est Dominicam cœnam manducare, &c. Vnde apparet consuetudinẽ fuisse in Corinthiaca Ecclesia, sæpe conveniendi ad communionẽ. Neque Paulus in illo capite (ne quis fallatur) Corinthios, quod ad communionem conveniant, sed quod non rite conveniant, reprehendit. Conveniebant enim veluti ad quotidiana profanaque conuiuia, vbi se vino obruebant, & epulis ingurgitabant, & pauperes, qui ne victui quidem necessaria habebat, confundebant. Vnde ipse ait: Hoc modo convenire, iam non est Dominicam cœnam manducare: ac si diceret, Quod

acce-

acceditis ad Dominicam cœnam, digni estis laude: sed quod non eo modo quo debetis, acceditis, iam non laude, sed vituperatione digni estis. Et propterea subiungit: Laudo vos, in hoc non laudo: quia quando Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, confecit hoc Sacramentum, tradidit illud discipulis, vt probati & digni accedentes recolerent memoriam passionis eius, non vt in comestationibus & ebrietatibus eos, qui non habent, confunderent.

Hanc etiam laudabilem consuetudinem Ecclesiam deinceps receprã servasse declarat summus Pontifex Anacletus, qui edixit his verbis: Peracta consecratione, omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia. Ex quibus nemo iam Catholicus inficiari poterit hanc fuisse & Apostolorum, & Sanctæ Romanæ Ecclesie consuetudinem, immo institutum, atque sanctum certe iam tum ab Anacleto temporibus vsque ad eius decreti ac edicti abrogationem. Hoc autem nunquam statuisset Apostoli, nec sancta Romana servasset Ecclesia, nec tanta severitate Beatus Pontifex edixisset, vt

Anacletus.
Vt est in c. tradita distin. 27 de consecra.



singulis diebus sumeretur communio, nisi vilis & fructuosius esset frequenter, quam raro communicare. Quod si postea refrigerente deuotione fidelium, edictum hoc fuit immutatum: non tollitur, si ex eadem deuotione CHRISTI fideles uoluerint sepe communicare, quia multo melius faciunt, quam si ex timore abstineant: cum sola causa muranda illius consuetudinis, Pontificique precepti, diminutio deuotionis, hominum crescente malitia, fuerit.

Hieron. in apol. contra Iovinian.

Beatus etiam Hieronymus, hanc consuetudinem Romanae Ecclesiae suis temporibus fuisse testatur: Scio (inquit) Romae hanc esse consuetudinem, ut fideles semper Christi corpus accipiant. Et in Epistola ad Lucianum asserit consuetudinem quotidie Eucharistiam accipiendi in Romanorum Ecclesiis, & Hispaniae obseruari. Quam consuetudinem durasse etiam per multa tempora credimus. Quanta autem cum utilitate & fructu, ostendit mater Ecclesia, quae sic in quadam oratione de hoc Sacramento testatur: Sumptis muneribus sacris, quae sumus, Domine, ut cum frequentatione mysterii crescat nostrae salutis effectus. Quod utique Ecclesia, quae a Spiritu sancto regitur,

tur, nunquam caneret, nisi vere ex frequentatione sacrae Eucharistiae ingens nobis fructus accresceret.

Ab iis Apostolorum temporibus mansisse, & usque ad hanc nostram aetatem durasse consuetudinem illam censemus, quae receptam summa confessione, & perpetua religione retinet, seruatque antiquissima Ecclesia Aethiopiae, quae Pretiosi Iohannis potentissimi Regis imperio parat. Est enim in ea mos (sicut & quidam scribit, & nos a gratissimis uitis accepimus) ut quicumque ad sacrificium Misae audiendum conueniunt, ad unum omnes sacrae communionem semper accipiant. Quae res maximam nobis ruborem iniicere, studiumque deuotionis erga hoc Sacramentum adferre deberet, cum nationes ab his locis (ubi semper uera & germana sacrosancti Euangelii integritas uiguit) remotissimas, hanc sapientissime communicandi consuetudinem etiam nunc seruare conperiamus. Ac ne quis falso existimet apud hos populos raro fieri sacrum, unde mirum non sit, si praesentes semper in eo communiceant, ille idem auctor, qui cum multis Occidentalis Ecclesiae locis oculatus testis fuit, & haec memoriae prodidit, refert apud eos

Confuetudo Ecclesiae Aethiopiae.



210 DE FREQUENTI

hoc esse in more positum, vt quotidie in Angulis Ecclesijs, vel cœnobijs, vna tantum Missa celebretur, ad quam quicunque conueniunt, sacram Synaxim accipiant. Vnde hunc frequenter communicandi vsus antiquissimus esse, & ab ipso Apostolorum tempore vsque ad nostram ætatem in Æthiopiæ Ecclesia seruatum fuisse intelligimus: In alijs vero Ecclesijs ad multa tempora durasse ex Anacleti, & Hieronymi supra productis testimonijs, satis nos probasse arbitramur.

His quoque adde, Ecclesiam nunquam prohibuisse frequentem communionem, immo, ne prohiberetur, statuisse, cum dixit: Non prohibeat dispensator manducare pingues terræ in mensa Domini: Quod nõ debet dispensator prohibere pingues terræ manducare in mensa Domini; multo minus illi, ad quos non spectat ea dispensatio, prohibere Christi pauperes debent, qui ex deuotione ad hanc sacram mensam accedunt, nisi contra iustam & sanctam Ecclesiæ prohibitionem agere de industria velint.

Proba-

De consecr. dist.
2. c. non
prohibeat.

COMMVNIONE. 211

Probationes à sanctis Patribus, & Doctoribus Grecis acceptæ.

CAPVT II.

IAM, quoniam de eximia vtilitate vberissimoque fructu, qui ex frequentatione communionis existit, satis multa diximus, quamque laudabile sit frequenter ad illam accedere, sanctæ Scripturæ testimonio, & Apostolorum consuetudine, & nascētis Ecclesiæ instituto, multorumque deinceps populorum consensu ostendimus: idem confirmabimus autoritate ac doctrina sanctorum Patrum primum Græcorum, deinde Latinorum, qui eodem fere studio & consensione comprobant, & maxime laudant frequentem huius Synaxis usum, & ad eum Fideles hortantur.

In primis igitur B. Ignatius Epistola 10. B. Ignatius ad Ephes. scribit: Festinate (inquit) ergo frequenter ad Eucharistiam, & gloriam Dei accedere. Quando enim hoc ipsum assidue agitur, expelluntur potestates Sathanæ, qui actus suos conuertit in sagittas ignitas ad peccatum.

Neque vero B. Chrysostronus, hanc



B. Chry-
sost. in
Epistola
Pauli ad
Timoth.
homil. 5.

rem pratermittit, reprehendens eos, qui interuallo temporis longiori constare meritum putant, summamq; arbitratur reuerentiam esse, non sapius caeleste illam adire mensam, cum tempestiuum accessum sola conscientiae integritas faciat. Non grauator paulo altius illius verba tepetere, cum vt doctissime, ira summa cum pietate de huius Sacramenti frequentatione disputet: ait enim: Hoc nempe est, quod vniuersa perturbat, quia non munditia animi, verum interuallo temporis longiori meritum putas, summamq; arbitraris reuerentiam ac religionem esse, si non sapius caelestem illam adeas mensam. Ignoras quoniam indigne accede, rectiamu semel tantum fiat, te supplicio tradet? digne veto etiam si saepe accedas, salutem inde conquires? Non est audaciae sapius accedere ad dominicam mensam, sed indigne accedere, etiam si semel tantum quisquam in toto vitae tempore accedat. At nos adeo stolidi, adeo insensati sumus, vt cum innumera per totum annum scelera perpetremus, nihil ea curemus exueret: caeterum satis arbitramur, si non assidue praesumamus atq; cotumeliose Christi corpus attingere: Neque intelligimus miseri, quod

quod hi, qui cruci Christum affixerunt, semel tantum id fecerunt, non igitur quia semel crucifixerunt, minus ideo delictum est: & qui Christum prodidit, semel tantum prodidit: nunquid ergo hoc illum supplicio eripuit? Quid igitur hanc rem temporis lege metimur? Tempestiuum accedendi tempus munditia conscientiae faciat. Nihil habet amplius quod in Pascha consummatur mysterium, quam quod continuo celebratur. Vnu quippe atque idem eadem est Spiritus sancti gratia, semper pascha est. Noctis profectio, qui estis initiati, id quod dicimus, siue sexta feria, siue Sabbatho, siue dominica die, siue in celebritate Martyrum eadem litatur hostia, idem sacrificium consummatur. Quotiescunq; enim (inquit) manducabitis Panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciatibus: Nulla obseruatione temporis Sacrificium circumscribere voluit. Hae C. Chrysofostomus. ex quibus satis intelligitur, quam salutare, & citra periculum sit ad communionem saepe accedere, dummodo conscientiae munditia probatus accedas.

Idem Chrysofostomus reprehendens eos, qui sollennitates obseruabant ad hoc Sacramentum ad eundem, magis, vt aliorum morem

Chryl. in
1. epist.
Paul. ad
Corint.
cap. 11.
Hom. 27.



seruarent, quam quod integra conscientia essent, affirmat semper esse sollemnitate & tempus accedendi, si adit animæ puritas. Neq; debere compunctū & præparatū à cōmunionē impediri, eo q̄ non sit sollemnitas. Eius verba hæc sunt: Probet autē seipsum homo, Non quemadmodū nunc facimus, temporis gratia accedentes magis quā animi studio: neque ut præparati ad vitia nostra expurgāda cōpunctionis plenē accedimus, sed ut in solennitatibus simus, quando omnes ad-sunt, cōsideramus. Sed non ita Paulus præcepit, sed vñū tēpus nouit & conueniendi, & cōmunionē sumendi, ipsam conscientia puritatem. Et ita purū illud attingere sacrificiū, non pigrē disponi, & misere cogi propter sollemnitate accedere. Neq; rursum cōpunctū & præparatū impediri, eo q̄ non sit sollemnitas. Sollemnitas. n. bonorum operū est demonstratio, animæ puritas, vitæ certitudo, quæ si habueris, semper celebrare poteris sollemnitate, semper accedere. Quid clarius ad ostendendū semp nos celebrare, & cōmunicare posse, si adit animæ puritas?

Chrysof

Idem Chrysof. in oratione de B. Philogonio idem asserit: Nunc autem, inquit multi Christianorum in tantā recordiam,

can-

tantumque venere contemptum, ut cum innumeris scateant malis, nullam tamē vitæ suæ curam habeant. sed in diebus festis negligenter ac temere ad mensam accedant, non intelligentes, quod cōmunionis tēpus, nō est festum nec celebritas, sed cōscientia pura, vitæq; a peccatis repurgata. Quemadmodum enim qui sibi nullius mali est cōscius, hunc oportet singulis dieb. accedere: sic qui peccatis occupatus est neq; poenitet, ei nec in festis accedere tantū est. Nec enim semel in anno accedere liberatos à peccatis si indigne accesserimus: quin hoc ipsum auget damnationem q̄ cum semel tantum accedamus, ne tū quidem purē accedimus. Vides igitur ex sententia huius doctiss. Patris, licere tibi quotidie ad Eucharistiā accedere, si tamē munda conscientia accedas.

Theophylact. siue magis sit Athanasius in illud Pauli prioris ad Corinth. 11. Probet autem seipsum homo, sic scribit: Neminē tibi iudicem proposuerim, præter teipsum. Tu itaq; conscientia examinata discussaq; adito ea mysteria, nō festis, non profestisq; diebus, sed quouis tempore, cum purum te & dignum compereris. Quid clarius pro nostra sententia dici poterat?

Theo-
phila.

Probationes à sanctis Patribus Latinis, tam veteribus Doctoribus, quam recentioribus Scholasticis sumptæ.

CAPVT VI.

VT vero ad Latinos iam veniamus, B. Cyprianus in primis ait: Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiã quotidie ad cibũ salũ accipimus, intercedente aliquo grauiori delicto, dum abstinere, & non communicantes à celesti Pane prohibemur, à CHRISTI corpore separemur, dicente ipso & monente: Ego sum panis vitæ, qui de cælo descendi: si quis ederit de hoc pane, uiuet in æternũ. Quando ergo dicit in æternũ uiuere, si quis ederit de hoc pane, Vt manifestum est eos uiuere, qui corpus eius attingunt, & Eucharistiã iure communionis accipiunt, ita contra timendum est, & orandum, ne dum quis abstentus separatur à CHRISTI corpore, procul remaneat à salute cõminante ipso & dicente: Nisi ederitis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitam in uobis: & ideo panem nostrũ, id est CHRISTVM, dari nobis quotidie petimus, ut qui in
CHRISTO

CHRISTO manemus & uiuamus, a sanctificatione & corpore eius non recedamus. His uerbis, ut uides, Diuus Cyprianus commendat nobis frequentẽ Eucharistiæ summptionem, ostenditq; quantum cõmodi ex quotidiano eius usu nascatur, quantumque pericali ex abstinentia timendum sit. Et in sermone de cena Domini, idẽ Doctor mirifice atque diuinitus de digna huius Sacramenti sumptione loquitur: dignus profecto sermo, qui ab omnib. uere Christiani nominis studiosis semper præ manibus habeatur.

Beatus Hilarius quoque ait: Si non sunt tanta peccata, ut excommunicetur quis, nõ se debet à medicina corporis & sanguinis Domini separare: unde timendum est, ne diu abstractus à corpore Christi, alienus remaneat à salute: qui peccate quieuerit, cõmunicare non desinat.

Præterea D. Ambr. lib. 5. de sacra. c. 4. in orationem Dominicam ita ait: Si quotidianus est Panis, cur post annum illum sumis quemadmodũ Græci in Oriente facere cõsueuerunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi proficit sic uiue, ut merearis quotidie accipere. Qui non meretur quotidie accipere, nõ meretur post annũ accipere. Et paulo

Hilarius
distin. 2.
de cõsec.
c. si non
sunt tanta



Cypria.
in orati-
onem
Domin.
Serm. 6.



post: Qui vulnus habet, medicinam requirit: vulnus est, quia sub peccato sumus: medicina est, caeleste ac venerabile Sacramentum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: quotidie si accipis, quotidie tibi hodie est: Quae verba, imo integer sermo, est apud Augustinum de verbis Domini Sermo 28. v. cuique videre licet.

Ambrosio. Iam Ambrosii lib. 4. de Sacrament. ca. 2. ait: Si quotiescunq; effunditur, sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, debeo illum semper accipere, vt mihi peccata dimittantur: qui semper pecco, semper debeo habere medicinam.

Et alibi idem Ambrosius. Graue est (inquit) quod ad mensam tuam mundo corde, & innocentibus manibus non venimus: sed grauius est, si quia peccata metuimus, sacrificium non reddimus. Et hoc facit maxime contra aduersarios, qui, ob nescio quem timorem irreuerentia, arcent Christi fideles, alioqui probatos & dignos, a frequenti huius sacri mysterii vsu.

Hieron.
ad Lucianum.

D. quoque Hieronymus ad Lucianum ita scribit: De Eucharistia quotidie accipienda, quod Romanorum Ecclesiae & Hispaniae obseruare pehibentur, scripsit quidem

Hip.

Hippolytus vir disertissimus, & carptim diuersi scriptores ex variis authoribus edidere: sed ego illud te breuiter admonendum puto traditiones Ecclesiasticas, praesertim quae fidei non officiant, ita obseruandas, vt a maioribus traditae sunt, nec aliorum consuetudinem, aliorum contrario more subuerti. Atque vtiinam possemus Eucharistiam absque condemnatione nostri, & pungente conscientia semper accipere, & Psalmsitam audire dicentem: Gustate, & videte quam suavis est Dominus. Ex quibus constat, temporibus B. Hieronymi frequentem communionis vsu non solum Romae, sed (vt superius diximus) in Hispania quoque inualuisse: deque quotidiana comunione non solum Hippolytum, sed alios quoque scriptores, liberos edidisse asserit. Vbi etiam videre est, quam religiose cupiat, vt omnes sine condemnatione nostri possimus semper Eucharistiam accipere, quod quidem facit, qui probata conscientia digne ad communionem accedit.

Idem quoque Hieronymus Epistola ad Galat. 4. ait: Itaque sicut nobis licet vel ieiunare semper, vel semper orare, & diem Dominicam accepto Domini corpore indefinenter celebrare gaudentibus, non ita est fas

Hieron.



Iudæis immolare Agnum. Ex quibus B. Hieronymi vobis constat, licere nobis dominicam diē accepta sacra cōmunionē continēt celebrare, quod tamē aduersarii negant.

Idem Hieron in regula ad Eustochium c. 9. consilium dat Monialibus, vt bis vel sæpius in mense confiteantur, arque communent. Confiteantur, inquit, singulæ singulis mensibus bis, aut pluries crimina occulta & sacra cōmunionē Dominici corporis munitæ, pugnatuæ viriliter dæmonum castra subintrent. Ex supra positis Hieronymi verbis satis plenum sit, fuisse illum in ea sententia, vt communicare singulis Dominicis vel bis in mense, sanctum ac fructuosum esse iudicaret: quādoquidem id & probat & suadet, nec vnquam dixit nefas vel periculosum esse quotidie communicare, etiam in Apologia contra Iovinianum dicat, se id nec reprehēdere, nec probare. Ad quod respondimus: vbi de Augustini, vel Alcuini autoritate agebatur.

Beatus quoque Augustinus, alibi sic ait: Iteratur autem quotidie hæc oblatio, licet CHRISTVS semel sit passus, quia quotidie peccamus peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere non potest.

Sup. c. 3.
Obiec. 4.
August.
vt est in
c. vtrum
sub figura
dist. 2.
de cōfess.
August.

Et in tractatu Euangelij Ioan. 26. ait. Innocentiam ad altare reportare: peccata & si sint quotidiana, vel non sint mortifera antequam accedatis ad altare, attendite quid dicatis: dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus, &c. dimittis: dimittetur tibi: securus accede: panis est, non venenum.

Idem quoque Augustinus, respondens ad quorundam contentionem, quum alii negarent quotidie accipiendam esse Eucharistiam, alii vero quotidie accipiendam affirmarent, sic inquit: Rectius inter eos fortassis dirimit litem, qui monet, vt præcipue in CHRISTI pace permaneant: faciat autem vnusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Quod Augustinus monet, vt in Christi pace permaneant, & in frequentatione Eucharistiæ etiam quotidiana, faciat vnusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Qui sunt isti adeo seueri, qui eos audent reprehendere, quos vir sanctus monet, vt secundum fidem suam faciant? In his locis D. Augustin. vel suadet, vel permittit quotidianam Eucharistiæ sumptionem, nec vllibi reprehendit: cum nos nihil aliud in affectione nostra statuamus, nisi hoc, Commu-

August.
Epist. 178
ad Ianuarium.



nicare singulis hebdomadibus, laudabilius multo ac fructuosius esse, quam abstinere.

Sententia etiam ipsius Augustini, (vt à multis asseritur) de verbis Domini Ser. 28. facis aperta est pro frequentatione communionis: quam tamen nos hic adducimus, quia totus ille sermo videtur ipsi Augustino attributus, cum tam è totus apud Ambr. lib. 5. de Sacramentis, cap. 4. vt superius diximus, habeatur.

Quam quoque assertionem idem etiam August. de Ecclesiasticis dogmatib. cap. 53. (siue liber ille fuerit Alcuini, vt quidam docti viri affirmant) probat, cum ait: Quotidie communionē percipere Eucharistiæ, nec laudo nec reprehendo, omnibus tamen dominicis diebus communicandum suadeo, & horror, si tamen mens sine affectu peccandi sit: Et paulo post rursus hortatur, vt confesso religionis studio per vitæ correctionem, & contraria pro his quæ poenitet agat, & Eucharistiã omnibus Dominicis diebus supplex & submissus vsque ad mortem percipiat. Vides iam quam pie suadeat hic author, & hortetur omnes, vt singulis Dominicis Eucharistiã accipiant? Quod si de quotidiana sumptione loqui velimus, certe

certe nimium morosus es, ne dicam impius, qui reprehēdis, quos Augustinus nō audet.

B. etiam Gregorius idem inuit, dum ait: Prouidens enim Dominus dedit nobis hoc Sacramentum salutis, vt quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori nō potest, per illud Sacramētum peccatorum remissionem consequamur. Quotidie enim ille comeditur & bibitur in veritate, sed integer, & viuus, atque immaculatus manet.

Et Gregorius septimus lib. 1. Registri, Epist. 31. ad Matildem sic ait: Inrer cætera, quæ contra principem mundi arma Deo fauente contuli, quod potissimum est, vt corpus Dominicum frequenter acciperes, iudicauit, & vcentæ fiduciz Matris Domini te omnino committeres, præcepi. Qui liber quamuis non sit excusus, dignus est tamen qui legatur, tum propter doctrinæ excellentiam, tum propter viri sanctitatem.

Beatus enim Bernardus sic ait: Qui vultus habet, medicinam querit: vultus habemus, dum sub peccato sumus: medicina est Sacramentum, quotidie accipe, quotidie curaberis. Vides quod consilium de prudentissimus medicus animarum nostratum Bernardus?

Gregor. vt est in cap. quid sit sanguis. distin. 3. de consecr.

Gregor.

Bernardus



Et in sermone de cœna Domini ait: Quid facis, homo ingratus? adora deuotius, & recole frequentius in Sacramento altaris salutem mundi pro te passam, vitam pro te mortuam, fortitudinem infirmatam. Et in eodem sermo: Amici sponsi, id est, boni Episcopi, boni Abbates, & ceteri timorati ac religiosi viri, gustauerunt, & plenissimè sunt experti quod nos diximus, ideoque ad mensam altaris frequentius accedunt, omni tempore candida facientes vestimenta sua, id est, corpora, prout possunt melius, utpote Deum suum, manu & ore contrèctaturi, & colloquentem sibi ipsi audituri.

Innoc.

B. quoque Innocentius summus Pontifex admonet, cauendum esse, ne, si nimium huius Sacramenti sumptio differatur, in mortis periculum incurrat. Aduerte igitur quam periculosum sit raro ad tantum Sacramentum accedere.

Apollo,

Et B. Apollonius (ut legitur in vitis Patrum, in eius vita) admonebat idem ut fieri posset, Monachi quotidie cõmunicarent, ne si quis abhorreret à Sacramento, alienaretur à Deo. Curabat etiã ut fratres, qui cù ipso erant, non prius cibũ sumerent, quam cõmunionẽ dominicã percepissent.

Quibus

Quibus autem incommodis afficiatur, quia celebratione huius sanctissimi Sacramenti abstinere, cum laudabiliter, & sine peccato posset accedere, pulcherrime exprimit doctissimus & venerabilis Beda, in quodam tractatu sic scribens: Sacerdos non legitime impeditur celebrare omitens, quantum in eo est, priuat sanctam Trinitatem laude & gloria, Angelos lætitia, peccatores venia, iustos subsidio & gratia, in purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam spirituali Christi beneficio, & se ipsum medicina & remedio. Quorum postremis priuantur etiam hi, qui cum digne possint, nolunt tamen accedere.

Si vellem sententias Scholasticorum & grauissimorum Doctorum adducere, ostenderem neminem esse (quod ego viderim) qui, simpliciter loquendo, frequentationem sacre Eucharistiæ, non solum per singulas hebdomadas, verum etiam quotidianam, dummodo quis probatus accedit, non magno opere probet.

Ut autem breuitati consulam, paucos ex multis grauiores tamen, in testimonium nostræ assertionis adducam, & in primis D. Thomam, qui in 3. parte, quasi

Incommoda communicationum. Beda.

Scholasticorum doctorum testimonia.

Thomas

p.



80. articulo 10. docet, Sacramentum tam ex parte sua, quam ex parte sumentis consideratum, laudabile esse quotidie sumere, si quis se paratum inueniat. Et in 4. distin. 12. in responsione ad tertiam, & vltimam dicit, simpliciter loquendo melius esse sumere, quam abstinere. Et in illud prioris ad Corinth. 11. Qui enim manducat, & bibit indigne, &c. post longam disputationem, sic ait: Quia tamen amor præfertur timori, per se loquendo, commodabilius esse videtur, quod aliquis frequentius sumat, quam quod tardius.

In eadem sententia est Richardus, eandem afferens cum D. Thoma responsionem.

Bona-
uentura.

B. Bonauentura in 4. distinct. 12. ait: Si quis semper esset paratus, semper vtile esset hoc Sacramentum accipere, vt mundum receptaculum habens, comederet cibum hunc cum honore, deuotione, ac fructu multiplici. Hinc fidelibus primitiuæ Ecclesiæ competebar omni die accipere, vt ipse Sanctis. Postmodum vero charitate refrigescente, instituta sunt tempora communicandi diuersa.

Et in tractatu de profectu Religiosorum

rum lib. 2. cap. penult. ita scribit: Salubre est tamen & vtile, quod homo sæpe se ad illius medicamenti susceptionem præparet, & quanto deuotius valet, illud percipere studeat, & post perceptionem in studio se conseruet. Et paulo post: Et licet quandoque tepide, tamen confidens de misericordia Dei fiducialiter accedat. Quod si se indignum reputat, cogitet quod tanto magis eget, & necesse habet requirere medicum, quanto magis senserit se ægrotum. Non enim est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Nec ideo quaris te iungere Christo, vt tu eum sanctifices, sed vt tu sanctificeris ab illo. Nec propterea prætermittenda est sacra communio, si quandoque non sentit homo specialem deuotionis gratiam, cum se ad illam præparare studet, vel est in ipsa perceptione, vel post forte minus deuorum se sentiat, quam vellet. Vides, vt vir religiosissimus, & in rebus spiritualibus exercitatissimus, & nostram assertionem confirmet, & sanctissimæ Eucharistiæ frequentationem comprobet.

Beatus quoque Dionysius Carthusianus in 4. distinct. 12. dicit, cæteris paribus

Dionys.
Carthus.



multo melius esse ex charitate & zelo boni communis accedere, quam ex humilitate & timore cessare; præsertim cum Sacramentum istud sit Sacramentum totius charitatis, liberalitatis, & gratiæ, medicinaque animæ: & multa alia huiusmodi subiungit. Et in tractatu, quem de Communionis frequentatione composuit, multa de assiduo illius usu conscribit.

Gerson.

Ioan. etiam Gerson tract. 9. in Magnificat ait: Consideratis effectibus huius sanctissimi Sacramenti, laudabilius esse ex amore eius & confidentia misericordiæ Dei sapius accedere, quam ex timore, vel scrupulis se diu ab eodem sacramento quodammodo excommunicatum facere: neque se exponere periculo, qui non habet certitudinem de legitimo impedimento. Et post pauca subiungit: Sed stultus illius timor est & reuerentia minus prudens, qui ad Dominum se vocantem & inuitantem non accedit.

Adrianus.

Adrianus summus Pontifex, & vir eruditus, in 4. de sacramento Eucharistiæ scribit. Adhibita præparatione pro viribus fragilitatis humanæ, aurius esse sumere hoc Sacramentum, quam abstinere: idque efficaciter probat. Durandus

Durandus in 4. distinct. 12. idem asserit, Durandus. docens laudabilius esse accipere Eucharistiam, quam abstinere; tam ex genere facti quam ex parte effectus: & etiam ex habitibus inclinantibus ad accipiendum & abstinendum: quod ipse plane ostendit. Innumerabiles alios, eosque grauissimos Doctores idem asserentes, breuitatis studio prætereo. In eadem namque, vel simili sententia omnes fere Summistæ, aliique Scholastici maxima consensione conueniunt.

Rationes tum a causa, tum ab effectu, tum etiam ab experientia ductæ.

CAPVT VII.

ET si satis esse deberent testimonia superius adducta ad intuendam veritatem, satis alioqui per se perspicua: nihilominus eandem sententiam sicmissimis rationibus probare nitentur, vt nullus aduersariis tergiversandi locus relinquatur: nisi malint opinionem semel conceptam pertinacius tenere, quàm cognitiæ perspectæque iam veritati cedere.

Sic igitur hæc prima ratio: Hoc Sacramentum est spiritualis cibus animæ: vt est

Ratio Prima.



apud Io. 16. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis. Et postea: Caro mea vere est cibus: Sicut igitur corpus nostrum indiget frequenti cibo, vt instauretur humidum radicale; alioquin sequeretur interitus: ita etiam ad conseruationem vite spiritualis indigemus frequenti huius Sacramenti sumptione. Cum enim ex concupiscentia nobis innata, & occupatione in exterioribus fieret iactura deuotionis, per quam homo rediret ad Deum; profecto nisi per hoc Sacramentum frequenter sumptum instaurationis fieret, timendum esset, ne anima prorsus alienaretur a Deo, & spiritualiter moreretur. Vnde monet Innocentius cauendum esse, ne, si nimis huius Sacramenti sumptio differatur, in mortis periculum incurrarur. Ex quibus satis apparet, frequentem Eucharistiae sumptionem vtiliorem, & magis fructuosam, quam abstinentiam ab ea esse.

Secunda ratio.

Secunda. Hoc Sacramentum est Sacramentum vnitatis, vt inquit D. Thomas in Ioan. quia videlicet per istud homo maxime vnitur Deo per amorem & deuotionem: & in 4. dicit, Vnitate huius Sacramenti.

menti quandam transformationem hominis ad CHRISTVM per amoris vniorem fieri. Quanto igitur frequentius sumitur, tanto magis homo Deo vnitur.

Tertia ratio.

Tertius. Ille actus est perfectior & laudabilior, qui a perfectiori & nobiliori virtute manat: Charitas autem multo est perfectior & nobilior, quam timor; Cum ergo frequens ad Eucharistiam accessus ex charitate & amore Christi, abstinentia vero ex timore proficiscatur; sequitur, laudabilius & perfectius esse accedere, quam abstinere.

Quarta ratio.

Quarta. Huius Sacramenti vsus ex pluribus & nobilioribus virtutibus nascitur: ex religione, & Christi amore; ex gratitudine, qua ei obnoxii ob immensa beneficia per ipsius passionem nobis collata reddimur; ex confidentia bonitatis eius, & deuotione. Nec humilitas, & reuerentia in tanti Sacramenti sumptione desiderantur, dum Christi excellentiam & summam bonitatem in eo intuemur atque perspiciamus, nostramque dignitatem & indigentiam consideramus atque cognoscimus. Qui vero abstinet, etiam si ex humilitate & reuerentia Sacramenti ab-



Math. 9.
Marc. 8.
Ioan. 15.

Quinta
ratio.

tineat, non tamen amore, quæ nobilissima virtus est, nec suavissima confidentia in Christo mouetur; quam ipse Dominus tanto studio nobis sæpissime commendauit, cum paralytico diceret; Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et discipulis: Confidite, quia ego sum. Et: Confidite, ego vici mundum. Quibus planum fit, verum id esse, quod nos affirmamus.

Quinta. Hoc Sacramentum a Christo nobis in memoriam eius passionis sumendum proponitur iis verbis: Hoc facite in meam commemorationem: Ergo qui accedere, quum laudabiliter possit, recusat, negligens sic ad memoriam reducere beneficium Passionis Christi, quæ in usu huius Sacramenti præcipua celebratur, certe ingratus videri potest. Sicut enim de Doctorum sententia in nulla re magis, quam in celebratione dominicæ Passionis Deus honoratur: ita nulla nos ratione maiorem possumus Deo honorem habere, quam per dignam huius Sacramenti sumptionem, in qua eius Passionis memoria celebratur: neque in alia re magis Dei beneficia recognoscere, & gratos nos ipsi præstare possumus, quam in usu illius. Vnde in

Psalms

Psal. 115.

Psalms dicitur: Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam.

Sexta
ratio.

Sexta, Bonum ex se, excellentius est bono per accidens. Sed sumptio huius Sacramenti est bona ex se; abstinentia autem nõ est bona, nisi per accidens, quia solũ ex conditione abstinetis, quatenus metus est, ne minus rite sumatur. Igitur excellentius est, &c.

Septima
ratio.

Septima. Laus etiam frequentationis Eucharistiæ optime sumitur ex multiplici effectu, quem mirabiliter eius sumptio agit: Tollit enim peccatum mortale præteritũ, existens, & futurum. Non quod existens in peccato mortali, cuius sibi est conscius, illius remissionem consequatur: Sed eo dicitur tollere peccatum præteritum, quod reliquias culpæ, & dispositiones ad peccata tollit, vt pronitatem ad recidendum, & habitus viciosos ex peccatis relictos. Tollit etiã peccatum existens, illud scilicet, cuius obliu sumus, vel non habemus conscientiam & affectum; & peccatum quoque displicens per attritionem. Cum enim paruus dolor, qui a Scholasticis attritio dicitur, satis non fit ad remissionem mortalis, hoc Sacramentum cum attritione causa potens efficitur,



Thomas vi sentit D. Thomas, alique Doctores. Tol- lit quoque mortale futurum, quatenus ro- bur ad declinandam deinceps mortalia tribuit. Et quod hos effectus producat, præter con- sensum Doctorum, qui hoc asserunt; vide- tur etiam ex oratione Dominica colligi: v- bi postquam petiuimus Panem illum su- per substantialem, petimus dimitti nobis debita nostra, & ne inducamur in tenta- tionem, sed liberemur à malo: tanquam ef- fectus dignæ sumptionis sanctissimæ Eucha- ristiz, quorum nullum ipse abstinentia parit.

Octaua ratio. Magister sentent. in 4. dist. 32. Am- brof.

Octaua. Valet etiam Eucharistia ad de- lenda venialia, vt inquit Magister sententia- rum, Ambrosium adducens dicentem: Si quoties effunditur sanguis Christi in remis- sionem peccatorum effunditur, debeo sem- per accipere: qui semper pecco, debeo sem- per habere medicinam. Et in li. de Sacramen- tis, affirmantem, hunc cibum quotidianum contra quotidianam infirmitatem sumi: quotidiana autem infirmitates peccata sunt venialia. B. quoque Augustinus ait: Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus sit se- mel passus: quia quotidie peccamus pecca- tis, sine quibus mortalis infirmitas viuere

non

non potest: hæc autem sunt venialia. Innoc. Innoc. etiam de hoc sacramento loquens ait: Ven- nialia delet, & cauet mortalia. Abstinentia autem nihil horum agit.

Nona. In sumptione huius Sacramenti Nona ta- peccata debita remittitur, vel tota, tio. vel pars, ex dispositione saltem suscipientis propter deuotionem & charitatis seruo- rem, qui valet non solum ad remissionem culpæ, sed etiam peccatæ, vt inquit Alexander.

Decima. Quamuis accipienti hoc Sa- Alexand. eramentum, & abstinenti, bonum ex bono parte 4. quæ sit. 47. Decima qui accipit, eximum quoddam bonum ratio. consequitur, quo defraudatur qui abstinere: amplissimam videlicet gratiam, quæ cui- libet bene parato per ipsum Sacramenti vsum confertur. Sacramentum enim nouæ legis præter gratiam, quæ ex opere operantis à Deo tribuit solet, gratiam quoque ex opere operato (vt Scholasticorum more loquimur) conferunt. Quo vocabulo doctores Deum peculiari quodam fauore prosequi eos, qui ad Sacramenta rite accedunt, & singulari priuilegio ipsum Sacramentorum vsum ornate, significant. Cum enim Deus pro sua uisissimo suæ sapientiz ordine iis, qui



sacramentis non videntur, gratiam iuxta dispositionem motumque liberi arbitrii auxilio gratiæ, quo præuenitur obloquentis, sequæ ad Deum conuertentis, soleat impartiri: illos, qui hæc sacramenta bene riteque accipiunt, gratia maiore prosequitur, quam ipsa eorum dispositio, & ad DEVM conuersio, deuotioque promeretur. Quod sane ipse in gratiam Domini nostri IESU CHRISTI pro eius præclarissimis singularibusque promeritis, simul & pro pacto cum hæc sacramenta accipientibus inuito & confirmato, benignissime & liberalissime facit. Quapropter qui ope diuinæ gratiæ præuenientis ita paratus est vt sua ad Deum conuersione aliquam gratiam, etiam sine sacramentis esset consecuturus, accedente recto ipsorum sacramentorum vsu non eam solum, sed vberiore & cumulatiore assequitur. Id autem si in omnibus nouæ legis sacramentis verum est, profecto in Eucharistia, quæ dignissimum est sacramentum, longe verius esse comperietur. Quod & ipsum nomen ostendit, cum Eucharistia Græca vox, bonam gratiam apud Latinos significet. Quare qui eam digne sumit, semper gratiam, vel gratiæ incrementum, propter

propter ipsam sacramenti sumpcionem, consequitur, quam neuiquam consequitur abstinens. Itaque, vel hoc vnum conuincit verum id esse quod dicimus, multo melius & fructuosius esse frequenter Eucharistiam accipere, quam abstinere ab ea.

Vndecima, Si consideremus quoque hoc sanctissimum sacramentum, vt sacrificium est, quosdam mirabiles effectus, non solum recipientibus, sed etiam in his, pro quibus offertur, producit. Nam viuus impetrat dispositiue gratiam, & remissionem peccatorum, non tanquam causa proxima, sed quatenus impetrat gratiæ contritionis per quam peccata remittuntur, & gratia gratum faciens confertur. Impetrat etiam vel omnino, vel saltem ex parte, remissionem pœnæ. Quatenus enim sacrificium est, rationem accipit satisfactionis. Impetrat etiam pacem, & sanitatem, & multa alia bona: vt constat ex factis ab Ecclesia ad hunc finem institutis. Mortuis autem eatenus prodest, quatenus eos à pœnis purgatorii per moeum suffragii liberat: vt Ecclesia Catholica credit, tuetur ac docet. Beatos quoque lætificat: Gaudent enim accidentaliter lætitia de honore, qui in celebratione huius sacramenti

Vndecima ratio
Effectus
Sacramenti
Eucharistiae.



DEO exhibetur. Gaudent etiam de honore, qui eis propter DEUM in hoc Sacramento tribuitur, quando in honorem illorum DEO offertur. Gaudent præterea de beneficiis quæ mater Ecclesia in filiis, tam viuis, quam mortuis ex celebratione huius sacrificii accipit. Vade venerabilis Beda (vr superius adduximus) scribit: Sacerdos non legitime impeditur celebrare omittens, quantum in eo est, priuat sanctam Trinitatem laude & gloria, Angelos lætitia, peccatores venia, iustos subsidio & gratia, in purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam spirituali CHRIS TI beneficio, & seipsum medicina & remedio.

Duodecima ratio. Fructus duodecim manantes ex sacram. Eucharistia.

Duodecima. Si respiciamus etiam ad suauissimos fructus, qui ex digna huius Sacramenti sumptione nascuntur, quis erit, in quo sit vel tenuis scintilla spiritus Iesu Christi, qui non cupiat non solum frequenter, sed etiam frequentissime illo refecti? Narrat enim sacri Doctores, ex digna illius sumptione provenire in animam fidem duodecim fructus similes duodecim fructibus ligni vitæ, de quibus scriptum est Apoc. ultimo, vbi legitur: Et ostendit mihi fluvium aquæ vitæ, spendidum tanquam cristallum procedentem de sede Dei & Agni, in medio plateæ eius: & ex utraque parte fluminis, lignum vitæ afferens fructus duodecim per singulos menses reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium. De quibus fructibus scribit Richard. in 4. distinct. vnde, si vis, eos colligere poteris. Alii vero Doctores illos duodecim fructus ex hoc Sacramento manantes sic enumerant: Vivificare, Relaxare, Inflammare, Patientiam dare, Nutrire, Restaurare, Vivere, Communicare, Sanare, Conseruare, Roborare, Perducere: quos fructus explicando religiosi ac docti viri copiosissime persequuntur. Bernardus breuius Eucharistiæ fructus per censet: dum ait: Eucharistia medicina est ægrotis, peregrinantibus diæta, debiles confortat, valentes delectat, languorē sanat, sanitatem seruat: sic homo maluetior ad correptionē, patientior ad laborē, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obediendū promptior, ad gratiarū actiones deuotior. His omnibus fructibus seipsum defraudat, qui abstinet a comunione.

Decima tertia ratio. Qui frequenter accedit ad Eucharistiam, frequenter conscientiam suam examinat; qua examinata, sua peccata

Richard.

Bernard.

Decima tertia ratio.



deplorat ac detestatur, sibi que in posterum innocentiam legem indicit. Ex quibus actibus magnum meritum accrescit, quo priuatur abstinens, quamuis sit in gratia. Quis igitur dicere audebit, vtilius esse abstinere a communione, quam frequenter accedere, nisi qui voluerit contendere, melius esse in via Domini sedere, quam progredi?

Decima
quarta
ratio.

Decima quarta. Qui frequenter ad communionem accedit, frequenter accedit ad confessionem; Qui vero frequenter confitetur, melius ac facilius animam suam custodit, & cor suum ab omni labe peccati vacuum integrumque conseruat: tum propter sacram verecundiam, ne scilicet sapius eadem peccata confiteri necesse sit: tum propter robur & vires, quæ ex frequenti confessione & communione percipiuntur: atque adeo propter sedulam operam curamque, quam adhibent, qui frequenter confitentur, vt in statu gratiæ continenter permanent. Nihil vero horum propter abstinentiam a communione contingit.

Decima
quinta
ratio.

Decima quinta. Si expertus in arte mechanica credendum esse testantur Sapientes, quâto in studio spirituali exercitatis peritiusque fides maior est adhibenda? Quod

si

si roges frequenter communicantes, respondebunt se ex frequenti huius Sacramenti sumptione esse cæcis sentire mirabiles: ardentiores in Deum & proximum charitatem, vehementius ad diuinorum mandatorum obseruationem, studium, maiores rerum terrenarum contemptum, firmiores vires contra dæmonis, mundi, & carnis impetus. Confitebuntur præterea se à multis vitiis & defectibus expeditos, quibus irretiti & implicati ante frequentationem huius mysterii tenebantur. Neque (vt arbitror) abstinentes dicent experti se ex sua abstinentia tales effectus.

Decima
sexta
ratio.

Decima sexta. Qui abstinent à communione, ideo abstinent (vt ipsi aiunt) vt postea deuotius ac reuerentius accedât. Sed tu quomodo scis te per abstinentiam eam deuotionem & reuerentiam adepturum, quam in frequentatione inuenire nō possis? Cum talis deuotio & reuerentia ex ipsa, vel in ipsa sumptione à Deo sapissime conferatur: sapissimeque cōingat, vt quanto quis magis abstinet à communione, tanto si igidior & magis in deuotus reddatur? Nimis autem irreuerentiæ timor, stultus est, qui Dominum se inuitanti non credit.

Q



Gerſon in Magnificat: Stultus, inquit, eſt timor, & reuerentia minus prudēs illius, qui ad Dominum ſe vocantem & iuitantem non accedit, ſed procraftinat. Vnde ſæpe euenit illud: Qui non eſt hodie, eras minus apertus erit. At præterea illos, qui nolunt ad Euchariftiam accedere, niſi ſint actu deuoti ac feruidi, ſimiles eſſe frigidis, qui nolunt accedere ad ignem, niſi prius ſint calidi: & infirmis, qui nolunt adire medicos niſi prius ſint ſani: quibus ex iuſtitia diuina ſæpenu-mero contingit, quod accidit Adæ, qui cum erat in Paradifo, noluit deligno vitæ comedere; cum vero voluit, non potuit

Decima
ſeptima
ratio.

Decima ſeptima. Excellēs bonum quod frequentius certiusque contingit, nō eſt relinquendum pro incerto & raro contingenti. Quare eſt aliquando accidit, vt qui rariuſ accedit ad communionem, deuotius & reuerentius accedat, tamen (vt inquit idem Gerſon) contrarium ſæpe contingit, vt ſcilicet multo indeuotius frigidiusque accedat. Quia habitus (vt ait Philoſ. 2. Ethico.) facit delectabiliter operari: quo caret, qui raro accedit. Vnde ſubdit idē: Diſtraheris hodie? parū deuotus eſ? parū recollectus? plurimum tentatus à carne, mundo, & demone?

monē credo equidem: ſed agnoueris quod non dormiunt qui te perſequuntur: eras iudem erunt aduerſantes tibi hoſtes, & itaque deuotioni inſidiantes, quales ſunt hodie: Subiūgit: Dices, frigidus ſum, aut tepidus. Reſpondet, ſæpe ſuſtinuit initium celebrationis hominem parum deuotum, & frigidum, quem in fine dimittit calidum & feruidum: corpus CHRISTI ignis ſpiritu-alis; accede ad hunc ignem, & facilius caleſces. Ex quibus apparet, quam ſtulte faciunt qui diu abſtinent, vt deuotius accedant.

Decima
oſtaua
ratio.

Decima oſtauo. Qui ad Euchariftiam veretur accedere, is aut abſtinet, quia conſiſus de induſtria ſperat ſe alio tempore aptiorem futurum: aut abſtinet, quia maiorem Dei gratiam ſe præparantem expectat. Si prius; ſtulta eſt perſuaſio & opinio, neque enim toto vitæ tempore quis ſua induſtria dignum ſe reddere poteſt tãto mysterio, cum id diuino munere, & non induſtria noſtra nobis donetur. Quod ſi hæc cogitatio in mente noſtra altius inſidebit, intelligimus proſecto indigentia noſtra, & ſic humiliabimur corâ Deo. Humilitas autē vel maxima eſt quæ nos ad dignã tãti Sacramenti ſumptionē diſponit. Si poſterius fatua



244 DE FREQUENTI

est expectatio: cum Dominus semper nobis præsto sit, conferens gratiam suam impedimento sublato: Prope est enim Dominus inuocantibus se. Neq; nouit tarda molimina Spiritus sancti gratia, ut inquit Ambrosius. Vides igitur quam inutilis, & quam stulta sit hæc tua à tam salutifero Pane abstinentia.

Psal. 144.
Ambros.

Decima
nona ratio.

Decimanona. Eucharistiæ Sacramentū, quamuis innumerabilibus figuris in veteti lege fuerit designatum, præcipue tamen expressum fuit in Manna patribus in solitudine dato, quod singulis diebus, præter Sabbatum, in quotidianum cibum colligebatur. Ut ergo figuratum figuræ respondeat, licet, ac decet sanctissimum Christi corpus quotidie sumere, vsque ad verum Sabbatum, id est, vsque ad diem gloriæ quietis, in quo ipsum facie ad faciem, sicuti est in gloria sua, videbimus.

Exod. 16.
Vigesima ratio

Vigesima. Qui à communionem ob inanem timorem irreuerentiæ abstinent, à libertate Christiana longissimè absunt, quæ tota plena est fiduciæ in Christo, eiusq; promissionib. suntq; huiusmodi homines nimis scrupulosi ac deiecti ad studiosas actiones, frigidè in charitate, tepidè in oratione.

Contra

COMMVNIONE. 245

Contra vero qui frequenter cõmunicant, sunt Euangelicæ fiduciæ pleni, libertate Christiana gaudentes, ad agendum fortes & acres, atque in oratione ardentè ac feruidi. Vix enim reperies in toto Christianæ vitæ studio, quod magis mentem ad omnipotentia; cæterarumque quæ in Deo sunt, virtutum cognitionem, quam huius Sacramenti consideratio & contemplatio, attollat. Nihilque inuenies, quod vberiore gratiam, ad bene studiosèque viuendum, atque in via Domini progrediendum, quàm frequens sanctæ Eucharistiæ sumptio, conferat.

Vicesima
prima ratio

Matt. 26.

Vigesima prima. Cum postremo vnigenitus Dei filius pro summa sua liberalitate humanam naturam in vnitatem diuinam suppositi sumere, & seipsum Deum & hominem in Sacramento donare voluerit, Accipite (inquens) ac comedite, Hoc est corpus meum; Equidem excogitare nequeo, qua ratione vel ingratiudinis, vel inhumanitatis effugere crimè possumus, si vel preta tanta Redemptoris munificentia, tam præclarum ac singulare munus, tam liberaliter nobis oblatum, ob inane quendam timorem respuamus, vel tantum princi-

Q 3



penam ac dominum ad nos vltro venientem, domique nostræ diuersari cupientem excludamus, eique obuiam procedere negligamus, sed ad alios eum diuertere patiamur, nescio quam excusationem iriue-
rentiæ nacti, cum ipse nihil æque in nobis, ac cor contritum & humiliatum, simplicemq; ac syncceram paupertatem desideret.

F I N I S.

AD HORTATIO
AD SACRAM
communione.

SATIS iam te intelligere arbitror, pie Lector, quanto præclarior, quantoque vtilior, ac fructuosius sit sacratissimum Christi corpus in Eucharistia frequenter sumere, quam cibo tam salutifero vitalique abstinere. Vnum illud modo tibi superest, vt perspecta videlicet tanti Regis humanitate, liberalissime ad suas nuptias te vocantis

tis & sic inuitantis: Accipite & comedite, Matt. 26.
Hoc est corpus meum: Et, Hoc facite in meam Luc. 22.
commemorationem, Propere & frequenter
accedas, ne in vitium ingratitude incidas, Luc. 14.
atque a regno cælorum cum Euangelicis
illis inuitatis (si te excusaueris) excludaris.
Hæ nuptiæ cælorum Regis sunt, conuiuium psal. 103.
est spirituale, cuius panis cor hominis con- Ioan. 16.
firmat, & vinum spirituali lætitia hominis
mentē inebriat. Cib^o vero illius, caro Christi
est dicentis: Caro mea vere est cibus. Hæc
enim est illa salutaris Angelorū eca de Cæ-
lo tradita, omne delectamentum in se ha-
bens & omnis saporis suauitatem. Hic est
panis pinguis qui præbebit delicias Regi-
bus. Hic est panis frugū terræ vberimus,
& pinguis. Hic etiā est panis ille primitiarū.
Hic est panis, tum in subcinericiis panibus
Angelis ab Abrahā oblati, tum in panibus
propositionis significatus. Designabatur et-
iam hic saluberrimus panis in pane & vi-
no à Melchisedech oblati. Hic denique est Gen. 4.
panis ille subcinericius, in cuius fortitudine
ambulauit Elias quadraginta dieb^{us} & qua- 1. Reg. 17.
draginta noctibus, vsque ad montem Dei
Oreb. Hoc est lignum vitæ, à Deo optimo Genes. 2.
maximo in medio paradiso terrestri institū



Exod. 12. Hic est Agnus Paschalis sine macula, per cuius sanguinem positum super utrumque postem & in liminibus domorum olim fuit populus Israeliticus ab Angelo percussore seruatus. Hic est hœdus, quem obtulit Manue Domino super petram. Est quoque fauus mellis, quem Ionathas intacta summitate virgæ conuertit ad os, & illuminari sunt oculi eius. Est etiam largissima illa aqua, quæ ex petra à Mose percussa repente scaturiit: Accede igitur libere ad hoc suauissimum **CHRISTI** conuiuium, in quo certissima tibi salus & vita promittitur. Si enim vestimenta **CHRISTI**, & sudaria ac semicinctia Pauli vel leui contactu salutem præstabant, quanto magis ipsum Christi corpus dignè sumptum ab omnibus te infirmicibus tuis prauisque affectibus liberabit? Si solo Christi verbo quadriduanus Lazarus excitatus ab inferis extitit, quãto magis ipsum Christi corpus, tuum peccatus ingressum te viuificabit, tuamque conscientiam à peccati te vindicans morte, purgabit. Etia igitur fidelis anima, si immunda es, accede ad fontem puritatis. Esuris? accede ad pascenda ad panem viuificum & indefectibi-

ctibilem, esurientem implentem bonis. Egrotas? erit hoc efficacissimum tuæ infirmitatis medicamentum. Fluxum patieris, nec sanari potes à medicis? tange plena fide cum Hæmorthoïssa simbriam vestimenti Iesu, sacrosanctam hostiam, & restringeris. Si percussam te sentis à serpentibus peruersarum tentationum, quid restat nisi vt serpentem æneum sine veneno Christum in cruce eleuatam aspicias? Cæcam te fortassis, debilem & claudam conquereris? meminervis oportet quod tales ad cœnam magni Regis inuitantur, & intrare compelluntur. Lubrica sum (inquis) & instabilis: sed hic panis cor hominis confirmat. Tristis es & anxius: sed hoc vinum hominem interierem lætificat. Inquietant te, plurima? Adhære ei qui turbatos fluctus sedat. Peregrinarius à Domino? sed in fortitudine cibi istius ambulabis v'que ad montem Dei. Hæc mira Spiritus sanctus per scripturas, spirituque Dei inspirati sancti Dei homines de hoc admirabili Sacramento loquuntur, de quo B. Cyprian. in sermone de cœna Domini, doctissime simul ac religiosissime scribens: Panis hic (inquit) azymus, cibus verus & syncerus per speciem & fa-

Marc. 5.

Num. 17.

Luc. 14.

Psal. 103.

1. Reg. 14

Cypri.



eramentum nos tactu sanctificat, fide illuminat, & veritate Christo confirmat. Accedant igitur omnes Dominicæ passionis studiosi ad hunc saluberrimum panem: neque sumere quam frequentissime poterunt, hoc suauissimum manna vereantur, in quo laboriosius huius mundi desertum sine vite periculo transire possint. Ne timeat ad huic saluiferum panem accedere, qui velit cor in Domino habere confirmatum ad vincendos iniquissimos Dæmones, qui nostræ salutis continenter insidiantur. Nemo hunc panem vberissimum & pinguisimum, qui delicias præbet æternas, accipere dubitet. Nemo denique sit, qui timeat frequententer, atque adeo frequentissime panem huic subcinericium & azymum sumere, compositum in vtero virginis coctum in ara crucis, in cuius fortitudine quadraginta diebus & quadraginta noctibus, hoc est, breuissimo huius vitæ spatio, non iam vsque ad montem Dei Oreb, id est, desertum, sed vsque ad montem Thabor, hoc est puritatem, & gloriam Dei peruenire possimus.

DE

*De admirabili Eucharistia
Sacramento Carmen.*

N^Vminis æterni cum dextera conderet orbem,
Fundente omnigenas vi bonitatis oper,
Vita quibus fuerat nascentibus insita rebus,
Addita contiguus sunt alimenta locis.
Herba, frutex, arbor succum radicibus actis,
De pingui eliciunt, vt vegetentur, humo.
Omnia de partibus viuunt animalia plantis,
Aut aliis, propria conditione, cibus
Præcipue Rex orbis homo cui præbet alendo,
Tam varias tellus, fluctus, & aura dapes.
At geminam debebat homo si viuere vitam,
(Mens quia se bruto viuere morte negat)
Corporeæ suæ quando data est alimentum vitæ,
Nullane tunc animis esca parata fuit?
Primigenis nec enim felix mortalibus ortus
Gignebat, viuax spiritus vnde foret.
Spirituque nihil vitalis proderat arbor,
Solum anima turris hæc vegetantis erat.
Diuinis purisque animis diuina dabatur,
Qualis & angelicis mentibus esca datur.
Sed limittis postquam iumentis reddidit illos,
Culpa nocens, visu mens spoliata suo est.
Mortua & esset adhuc, miserans nisi Christus
amatum
Denuo, morte sua, restituisset opus.
Perdita quæ fuerat, diuina reuixit imago.
Interiorque noua luce renatus homo est.



Veque hic cælestem cælesti fomite vitam
Nutriat, ætatem proficiatque suam:
Ille suum nobis sacro cum sanguine corpus
(O nimio exundans munus amore) dedit.
Angelus ambrosiæ se pasta, & nectaris haustu
Repleat, oblectet, lætificetque licet.
Inuidisse potest nobis hæc fercula: Si quid
Inuidiæ Angelicis mentibus esse potest.
Sit tamen (vt par est) Superiorum laucior esus,
Mortale at certe congruit iste magis.
Dum fidei speculo æternarum enigmata rerum
Cernimus, atque animû fidele corpus habet.
Sensilibus substiant diuina Chrisinata formis.
Et species sensu, res homo mente capit.
Ardua præsertim mysteria sacra Synaxis
Prodit, vbi Christum signa aliena tenent.
Diuinis credunt humana problemata verbis:
Nulla Deo poterat gratior esse fides.
Magna profecto fides, & præmia magna mere-
tur
Quæ modo testa latent, deinde reueta pa-
rent.
Nam cibus est idè, quo vescitur angelus, & quo
Christigena, hic cibus est Christus homo at-
que Deus.
O miserum, qui delicias non gustat opimas,
Quam sapit ille, caro cui tua, Christe, sapit.
Se Christo elurians saturat, satur elurit vsque,
Iam superis similis finitimusque choris.
Accipere at quisquis Christû non curat oportet.
Accipiet nunquam Christû apertus eum.
Mortales igitur vitam cognoscite vestram,
Et meritum capiat grande charisma decus.
Namque in deserto aeris fastidia manne.

Terri.

Terribilem Hebræis si peperere necem,
Cælestis, seu diuini contemptio panis
Quid nisi Tartareum sit paritura rogam?
Ah quid opum spinas, quid honorum mandere
glandes.
Quidve voluptatum stercorea, quæso, iuuat
Nil caro mortalis, nisi mortem, gignit amanti.
Ac vitam Christi viuâ daturâ caro est.
Non opus est præcio, prostant conuiuia gratis,
Sordidus hæc temere dùmmodo nemo petat.
Credat, speret, amet, seq; his virtutibus ornet,
Sicque ad regales audeat ire dapes.
Hic quoq; quo poteris cõiuua frequentior esse
Regali à mensa commoda plura feres.
Atque frequens vt sis suadet ratioque, fidelque
Et pietas, & spes conditioque cibi.
Si quoties rigidò languent tua corpora morbo.
Accersis medica qui leuet arte malum.
Cur quoties aliquo fœdisti crimine mentem,
Non sumis pura pharmaca sacra manu?
Accede ergo frequens, tantam neque despice
mensam,
Vnde tibi tantum commoditatis erit.
Dumq; sacram propius fas est attingere mēsam,
Percita corda trahant hinc amor, inde timor.
Nam timor, indignum quod homo se nouerit,
arceat,
Se dare dignantem sumere suadet amor.
Sic bene susceprus, bene si tractabitur, hospes,
Hospitium felix, atque perenne dabit.

L A V S D E O.

*Auctor pio Lectori.*

CV M superioribus mensibus, amice Lector, quædam de frequenti sanctissimæ communionis vsu tumultuarie collegissem, non eo animo, vt in lucem ederentur, sed vt quorundam amicorum ac piorum hominum votis & deuotioni satisfacere, qui cum crebrius cælestis vitæ panem, & quidem magno cum fructu manducarent, habere aliquid cupiebant, quo aliis etiam obstrepentibus & improbantibus facti sui rationem probare possent: Accidit, vt hæc ipsa Neapoli postea excuderentur, & quæ obiter ego in amicorum gratiam notaueram, in omnium manus peruenirent. Quocirca pluribus amicis visum est (ductis fortasse domestici præli commoditate) vt illa qualia essent, sub incudem reuocarem, ac denuo emitterem. Ego vero qui probe scirem alios permultos in societate nostra esse, & ingenio, & doctrina, & eloquentia longe præstantiores, qui hoc ipsum argumentum (vt omnia) copiosius atque ornatius explicare possent, meo me pede metiri cupiens, diu sum humilissimi amicorum monitis & consiliis reluctatus:

luctatus. Sed vicit tandem eorum studium repugnantem animum, cum præceterim accederet eorum calculus, qui excudendorum librorum censores in vrbe sunt constituti. Itaque calamum in manum sumpsit, & promearum virium tenuitate, illa quæ parum digesta prius videbantur, in paulo meliorem ordinem distribui, meumque nomen in libelli titulo adscribi passus sum: tū quia in orbe suspectum esset & plane prohibitum sine nomine librū vllū in lucē edere, tum vt si quid alicubi erratum à me esset (quod fieri facile more hominum potuit) id auctori suo tribueretur. De institui mei ratione, hoc te pie lector monitum volo, nihil me cōtra viros pios vel sentire vel agere, qui bona & pia ratione adducti, freno potius, quam calcari bus vtendum censent quibusdam, qui ex cōsuetudine potius quàm ex deuotione sepius cōmunicant: quos videlicet non arcent, sed monēt ne illotis (quod aiunt) manibus, & minus probata cōscientia, ad hæc Sacrosancta mysteria intrumpant: sed aduersus eos disputationem nos hanc suscepisse, qui nescio quibus rationibus decepti, vel affectibus parum piis cōmoti, deuotionem & profectum spiritualem piorum



256 PIO LECTORI.

hominum impedire, & simplices & Christi
charitate accensas animas, à Christo qui-
buscunque modis possunt, conantur auer-
tere. In quos si fortasse alicui videbimur
aliquando excanduisse, & actiores fuisse
(Dei enim zelus visit nos, ut rei indignitas
postulabat) minus erit quod miretur. Hos
ergo quoniam comprimere tantum vole-
bamus, & eorum inanes, sed in speciem
probabiles rationes refutare, nihil hic nos
de exacta atque exquisitissima seipsum
probandi & parandi ad communionem
ratione (de qua alias fortasse) diximus, sed
de ea solum locuti sumus, quæ & necessaria
omnino est, ut cibis vitæ sit fumentibus in
vitam, & quæ propostæ quæstionis declara-
tioni convenire videbatur. Alioquin facile
est hinc deducere plus eum fructus spirita-
lis, ex huius diuini atque inenarrabilis Sa-
cramenti perceptione relaturum, qui sese
magis orationibus, meditationibus, piisq;
omnibus operibus, parauerit, & palatum
mêis purgauerit, ut gustare possit, & vide-
re, quam suavis sit Dominus. Vale, pie Le-
ctor, & conatus nostros, tuis votis & preci-
bus iuua.

F I N I S.



D. Gregorius super Ezech:
*Consilior noscitur dicitur mortis incogni-
tam se voluit, ut dum ignoratur, sem-
per proxima esse credatur. Sed ergo
quas tanto in operatione peruenit, & quæ-
ro in euocatione interit: considerat magis
quomodo in morte iacebis. Quid profecerit
si habuisset forti tuctum Samsonis, po-
tentiam occisum, diuitias Cræsi, pulchritu-
tudinem Absolomis, prudentiam Salomo-
nis, longuivertatem Enoch & Elia. Ex
his omnibus nil tecum feras, nisi bona &
mala quæ fecisti.*



BIBLIOTECA DEL
COLEGIO MAXIMO
S. CUGAT DEL VALLÉS
L'ha rebuda el dia 25 SET. 1969
L'import de entrada 15,471

